

putat, quod tot milibus defunctorum nuquam expletur. Et sapiens ille Hebraeus hunc inter infatigabilia nominat. Quaedam bit est in eos, qui male ab alijs rapiunt, que male tunc proficiunt in alios. Vxoripator est de frustra laborantibus, quicquid modo alio demonstratum est loco, velut apud Catullum: Dolia virgineis idem ille repleverit urnis. Adagium natum a notissima fabula puellarum Danaidarum, que ob ipsorum necatos, has poenas apud inferos dare dicuntur, ut filios perfillantibus aquam hauriant, que in dolium item pertusum infundant, graui nimium sed inutili labore. Cuius fabule mentionem facit Horatius in Odis:

Et inane lymphae
Dolium fundo percantis imo. Item Tibullus:
Et Danae proles Venereis que numina Lesit,

In caua leithas dolia porat aquas.
Meminit huius Lucianus in Timone. Et Aristoteles lib. Politicorum sexto. Rursus Lucianus in Hermotimo: Επιπέσει γὰρ μηδὲ πῶν προσημαρ πὸ πρῶγμα θζαντῶν μνον, ἐξ δ' ἔμπαυλιμ, ἢ ὁ πῶν θζαντῶν πῶντος. id est, Affluit enim exhaustum negocium, laborque, et contra fit, atque in Danaidum dolio. Vxoripant et Plato, cum alijs aliquot locis, tum in Georgiâ.

Cum addit ursus, vestigia quaeris, xxxiiii
Αρκτὸς πρὸν σκετὰ τὰ ἔρχου ζυτρε, id est, Vrsi praesentis, vestigia quaeris. De ijs dicitur, qui timiditate praesens negotium declinat, atque ad alias vias dilabuntur. Τράστει δ' ἔστ' ἠμολοφίς νενаторίβυς, qui se dissimulant sensisse iram, et vestigia praequi fingunt, quo absint a periculo. Hoc genus hominum Plato de Repub. lib. 5. scripsit similes esse, τοῖς κωλιεθίοις, ἀ τὸυς λίθους θ' ἀνάγ, πῶν θαλότων οὐχ ἀπὸ ἰσθμῶν, id est, Catulis, qui lapides mordet, cum eos qui iecerint, nō ausint attingere. Ab hoc nō est alienū quod scribit Plutarchus in vita Luculli. Nā illum quā hortaretur Archelaus, ut relicto hoste in Pontum traiceret, sic enim fore, ut protinus omnium verū potiretur. Οὐκ ἔφαθ' ἀελοῦτος εἶνα κωλιεθίω, ὡς τὰ θηρία πρὸν θῶν ἐπι κωλιε αὐτῶν φωλεσὺς θαλάσσιον, id est, Negavit se timidior esse venatoribus, ut preteritis feris, ad inania illarum iustia uellet ire.

Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt. xxxv
Αὐτόματοι θ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ θάϊτας ἵενται. id est, Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum. Hexamerum proverbiale, tum usoripantis, ubi uir bonus, fidus etia uirtutis, et amicitiae, que generalis inter omnes probos intercedit, ad sui similem accedit, non expectatis uulgariibus istis inuitantibus. Quādam natum putant ab Hercule, qui cum Ceti Trachenij domum inuocatus inuiseret, hunc uersiculum primus dixerit. Fertur et trimerum Iambicus in eadem sententiam: Αὐλατὶ κωμῆζ' ἔσσω εἰς ἔλθεσ' ἔλθοι. id est, Comiua amico amicus ultro etiam uenit.

Tacite notuit adagium in secūdo Iliados: Αὐτόματος θ' εἰ ἔλθε βοῆρ ἀγαθὸς μενέλαος, id est, Illi facundus Menelaus ueniet a ultro. Zenodotus in collectaneis diuersis sententiis, citat hoc adagium ex Eupolidis comœdia, cui titulus Chrysogenes: Αὐτόματος θ' ἀγαθοὶ ἀελλῶν ἐπὶ θ' ἀϊτας ἵασιν. id est, Vltro accedit hominis timidi conuiuia ferres. Idem sermē significat Plato in Symposio, ἵνα γὰρ πῶν προσημαρ θ' ἀφαιρέσειομεν μεταθελοῦντες ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ θάϊτας ἵασιν αὐτόματος ἀγαθοὶ, id est,

Vi et proverbum conuiuia, hunc ad modum inuertentes: Boni ad bonorum conuiuia ultro ueniūt. Sentire uidetur Plato Homerum fecisse Menelaum detiorē ad praesentioris accessisse conuiuia, quod Agamemnon bello ualuerit, Menelaus fuerit imbellis. Citatur hic locus et ab Aibenco lib. quarto. Tameñ si non hauc opinor Homeri mentem fuisse, cum uirtutis addat clogium: Βοῆρ ἀγαθὸς μενέλαος. id est, Voce bonus Menelaus, Et cum aliquot locis illum fortissime rem gerentem inducat, alicubi etiam ἀπὸ ἔλλου cognomen honestet.

In puteo cum canibus pugnat. xxxvi
Ἐμ φρεάλακτι μῆρεδαι, id est, in puteo cum canibus pugnat. Dici solitū, ubi cupiā negotiū incidit, cū homine rixoso, et contentioso, a quo se nequeat extricare. Effertur etiam hoc pacto, cū φρεάλα κωμομαχῆσιν, uoce cōposita.

Mihi ipsi balneū ministrabo. xxxvii
Ἐμαυτῶν θαλανέω, id est, Ipse mihi balneator ero, ubi quis ipsus ipsius inferuit commodis. Aut tibi quis, non ex praedato alieno officio, ipse suam agit negocium.

Aristophanes in pace: Αλλ' εἰ ταῦτα θ' ὀκνῶ, κἀαὐτομαυτῶν θαλανέω. id est, Balneum et ipse mihi, si haec uobis grati, parato. Interpretes admonet translatum a balneis, in quibus cessante balneatore, ipsi qui lauant, aquam hauriunt, atque infundunt. Zenodotus putat et ad eos referri posse, qui glandes in igne iniectas coquant. Fortassis haud absurde referretur ad glandium excussores. Nam Graeci θαλανέωθις balnearium causponē significat. Ἐλάναθ' glandē. Atque hinc anceps pro uerbij interpretatio.

Vir fugiens haud moratur lyre strepitum. xxxviii

Αὐτὸς θ' ἐφεύρωρ οὐ μῦθ' ἄλγεσ' κτεσσῶν. id est, Hunc qui fugit strepitus lyrae haud remorabitur. Senarius proverbiale, in eos, qui in rebus periculosis ac seuerijs, properandi studio negligunt leuiores. Nam qui fugit in bello, nō putat sibi liberum, ac uacuum, ut cantorem aliquem auscultet. Idque ad complures esse accommodari potest. Veluti si dicas, non esse rebus friuolis, ac uoluptuarijs nugandum, cum haec uita tot periculis sit obnoxia. In hanc sententiā eleganter Seneca in epistola quadam ad Lucillum: Transcurramus, inquit, solertissimas neugas, et ad illa, que nobis aliqua opem sunt latura, properemus. Nemo qui obstricticem partu rienti filia, sollicitus accessit, edictum, et ludorum ordinem perlegit. Nemo qui ad incendium domus suae currit, tabulam lastrunculariā perspicit, ut sciat quomodo aligatus exeat eal culus. At me hercule iudicij tibi omnia nunciatio, et incendium domus, et periculum liberorū, et obsidiū patriae, et bonorū direptio. Adijce his naufragium, motusque terrarum, et quaequid aliud timeri potest. Inier ista districte, rebus nihil aliud, quam animum oblectatibus, uacat. Plutarchus in libello quem scripsit de e. Delphico: Οὐ ναυβλα κακωτοσίμω δ' ἄλφα ἔλμα, id est, Ingrata Naubla, ingrata lugenti lyra. Concinit huic dictum Eclesiastici: Musica in lectu, importuna narratio.

Caninum prandium. xxxix
Caninum prandium pro uerbis dicebatur abstemium, et in quo nullum uinum biberetur: propterea quod peculiari natura proprietate, canes a uino abhorrent. Id adagij referunt ab Aulo Gell. lib. noctium Atti. 13. cap. ulii. his quidem uerbis. Eius

bis. Eius autē loci in quo id prouerbū est, uerba haec sunt, ni miram ex M. Varronis Satyrarū libro, qui ἡδὺς κερύρι, id est, Aqua rigens inscribitur. Non uides apud Menestheum scribi, tria genera esse uini, nigrū, album, mediū, quod uocat κίτριον, id est, giliū, nouum, uetus, mediū. Et efficere nigrū, uirus: albū, uirginā: mediū τριφυρί, id est, cōcoctionē. Nouū refrigerare, uetus calfacere, mediū uero esse prandium caninum. Quia significat, inquit Gellius, prandiū caninum, rem leuicula diu, et anxie, quae sumimus. Prandium autē abstemiū, in quo nihil utini potatur, caninum dicitur, quoniam canis uino caret. Cū igitur mediū uini appellasset, quod neq; nouum, neq; uetus esset, et plerūq; homines ita loquuntur, ut omne uini, aut nouū esse dicat, aut uetus, nulla uini habere significauit, neq; nouū, neq; ueteris, quod mediū esset. Idcirco pro uino non habendum, quia neq; refrigeraret, neq; calfaceret. Haec uis Gellius. Plutarchus in Symposiacis scribit Theophrastum ioco uocare solitum, ζῶνα συμποσία τὰ κτῆσθῶα, quem admodum aliās admonimus.

Vir fugiens, & denuo pugnabit. XL

Ανὴρ ὁ φεύγων, καὶ πάλιν μαχοῖσθαι. id est, Qui fugerit, rursum ille preliabitur. Senarius prouerbialis, quo monemur non protinus abicere animū, siquid parū feliciter successerit. Nā uictos posse uincere. Proinde et Homerus ἐπερωλεῖα νίκην uocat, id est, uictissimū, nunc apud hos, nunc apud illos pollutē. Apud eundem Alexander sic loquitur Hectori, νικῆ δ' ἐπαυσιδέεται ζῆνός, id est, Alterna uiris uictoria ce dūt. Idem alibi: Νῆρ μὲν γὰρ μενέλαος ἐνίκησεν Ζην ἄδων, κείνον δ' αὖθις ἐγώ. id est, Palleas auxilio, nunc uictor abit Menelaus, Illam ego sed posthac pugna superaro uictissim. Demostheni probo datū est ab inimicis, quod in eo praefito, quo Philippus Macedonū rex Atheniēses apud Cheroneam uicit, clypeo abiecto fugisset, eaq; gratia ἐλαττωσιν ignominio lo cognoimine uocatus. Verum id probrī, Demosthenes homo non admodum uerecundus, prouerbiali, notissimōq; uersiculo legitur eludere solitus:

Ανὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχοῖσθαι. Hūc confine est illud Daui Terentiāni: Hac nō successit, alia aggre dēdū est uia. Vir pat adagiū Tertullianus in libro de fuga in psecutione. Sed omisit, inquit, quā diuini exhortationibus, illū magis Graecū uersiculum secularis sententiē sibi adhibēt: Qui fugiebat riuos preliabitur, ut et riuos forsitan fugiat. Et quando uincet, quā quū fugerit uictus est?

Ex stipula cognoscere. XLII

Εκ ἐξὸ καλῶς μιν γινώσκου, id est, Ex stipula iudicare, dicimur, quoties ē nestigijs quibusdā in senecta reliquis, coie ētur a facimus, cuiusmodi quae fuerit in adolefcentia, trāsata metaphora ab segetibus. Homerus in ἔ. Odysseae: Ἀλλ' ἔμαρτος καλῶς μιν γε δ' οἴομαι εἰσορῶσθαι τινώσκειν. id est, Attamē in senecta stipula te suspicor illud Coniscere. Vt uir hoc adagio Lucianus in Pseudomate, quem nos olim Latinū fecimus. Aristoteles in Rhetoricis καλῶς μιν, senectā interpretatur. Οταν γὰρ, inquit, τὸ γῆρας εἴτε καλῶς μιν, ἢ ποῖως μὲν κεινὸν ἢ γινώσκου δ' id est τῶ γῆροντος, ἔμαρτος γὰρ ἀπὸ νῆκιστος, id est, Etenim cū senectā dixit culmū, senē ostēdit, ac representauit. Nā utriq; destoruerūt. Aristophanes in Vespsis, non distimili figurā usus est: Ἀλλὰ κ' ἐκ τ' ἄψιδων δ' εἶ τ' ἀε γῶμας, νεανικὸς ἔχου. id est, Verum ex reliquijs oportet horum iuuenile uo-

bur colligere. Dicimus item ex fragmentis, ex ruina rem eius iusmodi fuerit coniscere.

Eodem cubito. XLIII

Ἀπὸ τῆς πῆχης, id est, Eodē cubito, hoc est, eadē regula, eadē mensura. Vt uir hoc adagiōs Lucianus, cum alijs iū in libello de uatione conscribende historia, καὶ ὄλων τῶν κῆρ εἶς, καὶ μέτρον ἑνὸς βῆτος, id est, In summa cubitus unus, atq; eadē regula. Aristophanes in Ranis: Καὶ γὰρ ταλάντων μετρίων σαμῆσεται, καὶ κωνόνας θ' ἰσοῖσσι καὶ πῆχες, ἐσώρ. id est, In lance enim librabitur poetica, Promentq; regulas, cubitosq; carminum. Illud fortasse uas ἑσώρ, at non inutile fuerit admonere, plerūq; metaphoras a mensuris ductas esse prouerbiales, ut pensulare rem, pensitare factum, respicere beneficium, remeiri gratiam, librare negotium, expendere causam, res numerare beneficium, aequilibrium officij, retaliare conuicium, atq; id genus alias.

Monstrari digito. XLIII

Δείκνυδι τῶ δακτύλου, id est, Monstrari digito, pro eo quod est in signe esse, hodie quoq; prouerbio uulgari dicitur. Horatius in Odīs:

Quod monstror digito praereuntium. Persius: At pulchrum est digito monstrari et dicitur hic est. Lucianus in Harmonide: Καὶ δ' ἐπισμμορ εἶνε εἰ τῶν βῆτος, καὶ δεικνυδι τῶ δακτύλου, id est: In turba in signe esse, digitoq; monstrari. N atum uideri potest ab eo, quod in uita Diogenes narrat Laertius. Cū hospites quidā Athenas aduenissent, ut Demosthenē, cuius famā accepterant domi, conspicerent, Diogenes τῶ μέτρον δακτύλου ἐκείνους, οὗτος ἡμῶν ἐκρ ὄσιν ὁ ἀνώμοτος ἐκ μακροσῶν, id est, Medio porrecto digito, hic est uobis, inquit, ille Atheniesiu concionator. Simul significans Demosthenem et gloriae atidum, et moribus contaminatū.

Ne altero quidem pede. XLIII

Μὴ δὲ τῶν ἑτέρου ποδῶν, id est, Ne alterum quidē pedem uiscedere. Lucianus in Harmonide. Idē in sectis: Οὐδ' ἀποπτεθ' ὁ ἀνώμοτος τῶν ἑτέρου ποδῶ προκούρι, id est, Qui ex Aethiopia nunquam nō alterū promouerit pedem: Amorem andum illis, que retulimus alibi, latum digittum, et latum pedem, latum unguem.

Ex diametro opposita. Dia-

metro distant. XLV
Εκ δ' αμαρῆτος, id est, Ex diametro. De uebementer inter se pugnantibus olim dicebatur, sumpta metaphora à Geometris, apud quos perpendicularis oppositio perpendicularis est. Lucianus in Tyrāno, ἐκ Διαμέτρως γὰρ οἱ βίοι φασίμ, id est, Nostra enim ex illorum uita, perpendiculario, quemadmodū aunt inter se distant. Diametris enim est recta linea si guran, qua longissime patet, ex aequo secans, ueluti Diametris orbis est, que sic à summo ad summum tenditur circuli, ut per cētrum eat, desinitore Macrobio in somnium Scipionis lib. 2. Nec ab hoc distentit Euclidis diffinitio. Latini hanc hanc, dimeticentē uocant. Nam Graecis, διαμέτρον, ὡρατὰ τὸ Διαμέτρον, id est, ἀ dimeticitō. Nominis causam reddite Aristoteles in Problematis. Cognatum est illi, quod alio recensimus loco, διὰ δ' αὖ πῶσθμ.

Audi que ex animo dicuntur. XLVI

Ἀκροτ' ἀπὸ καρδίας, id est, Audi que dicuntur ex animo. Nam scriba, quaeque citra dissimulationē dicuntur, ex animo dici dicuntur, eaq; ex corde proficisci uulgus ait. Lucianus

nus in Ioue Tragædo: Οὐκ ἔρ' ἀκόσῳ τ' ἐβίοι, τὰ γὰρ ἀπὸ κερδῶν ἀγρῶν ἰδίᾳ εἴη, ἰταῖς αὐδὲ δι, νῦν μὲν ex animo di-
cenda, sicut proterbio dicitur. Nam adulatorum & simu-
lantium oratio in faucibus nascitur, non in corde. Plutarchus
in commentario quem inscripsit, quo pacto quis possit assenta-
torem ab amico dignoscere, refert hos senarios:

Εἰ μοι γοῶν ἐνὶ πῶχεσσι, εἰ δὲ βδελύσσει
ἰταῖς κερδῶν, οἷος εἴμ' εἶναι, εἰ μὴ
φθόρος πρὸς ἐλπίδ' ἔσθ' ἰδίᾳ κερδῶν ἔσθ'. id est,

Mendacium utinam sit mihi, nisi si libet
Mendicium & insit, qui mihi uolens bene
Timore posito, possit ex animo loqui.

Addit hoc haud facile dici à duaribus, quibus
modis omnibus est inasfa ueritas: neque quicquam serunt aures
delectat, nisi quod assentatione multa conatum sit, ex adula-
tione fiat. Ad hanc figuram pertinet illud Plautinum,
corde amare, item illud: persequi corde, animo, & uiribus,
utrumque est in Captiua duo. Contrarium est huic: A summis la-
bris, pro eo quod est, non ex animo. Seneca in epistolis ad Lu-
cillum: Non à summis labris uita uenit.

Aut bibat, aut abeat. XLVII

Aut bibat, aut abeat. Quo quidè adagio monetur, ut aut
tempori, locoque, nos accommodemus, neque ad hominum consue-
tudinè nos subducamus. Quèdàmodum Cato fecisse legitur,
qui cum non posset sumere uiduum florum licentiæ conue-
nientem, discessit è theatro. Natum est à prescis illis Greco-
rum symposijs, hoc est, compositionibus, in quibus mos erat
italis fortiri quempiam, qui comiò quasi præsidet, ac de-
cretis comiòdalia prescriberet, què νόμος, id est, leges appel-
labant. De hisce legitur Valerius Valentinus, iocoso carmi-
ne cōscriptis, cui titulum fecit T apullæ, teste Festo Pōpeio.
Porro presētium Beatiolæ, què νόμος, id est, leges appellabant. Plu-
tarchus συμποσίου νομῶν uocat. Varro apud Nonium, Mo-
diperatorem à Latinis uocatum scribit, quasi modum impera-
ntem, ne quis aut plus satis biberet, aut parum. Athenæus
libro decimo ex Enpolidis auctoritate docet, huic presētios rei
διόνυσος dictos, ab alijs ὄφραδολογῶς. Huius consuetudinis
memini & Horatius in Odis: Nec regna uini forticere talis.
Ex legibus iocosis, hæc una fertur: Aut bibat, aut abeat. Cō-
memoratur à Cicrone, libro T usulanarum questionū quin-
to: Mihi quidè, inquit, in uita seruanda uidetur illa lex, quæ
in Grecorum comiòijs obtinet. Aut bibat, inquit, aut abeat.
Et recte. Aut enim fruiatur aliquis, pariter cum alijs uoluptate
potandi, ne sobrius in uolentiam uolentioris incidat, aut discedat.
Sic iniurias fortunæ, quas ferre nequeas, de fugiendo
relinquas. Hæc uerus ille. Quisdam se efferrunt, ἢ πίνω, ἢ ἀπει-
θῶ, id est, aut bibe, aut abi. Quanto ciuilior hæc lex, quàm ea
quam Empedocli in comiòio prescripsit comiòij presētios,
ut aut biberet, aut nimum in caput illius effunderetur. Eam rē
tam indigne tulit Empedocles, ut postmodò coactò cōciòio, &
iminatorum, cuius opera id erat factum, & symposiarum reum
peregerit, damnandosque caruit. Refert Diogenes La-
ërtius: At nostri Minamonis his quoque leges magis Scythi-
cæ prescribunt: Aut bibe, inquit, aut hinc cantharum
quantus est in caput impingam tuam. Itaque non raro fit
ex compositione monomachia.

Domi conieciarum facere. XLVIII

Οὐκ ἔρ' εἰκάζειν, id est, Domi conieciare. Quod non
aliunde petitur, id domi fieri proterbio dicitur. Neque in Ci-
stellaria: Hanc ego de me conieciarum domi scio, hoc est,
meoipè experimento comperio.

Domi habet, domi nascitur. XLIX

Ad eandem pertinet metaphoram: Domi habere. Nam id
domi dicitur habere, quod in nobis situm est, nec necesse est
ab alijs mutuo sumere. Translatum apparet ab ea consue-
tudinè foris rogandæ suppellectilis, quam domi desideres. Te-
rentius à Adelphis, Ph: domi habet, unde discat. M. Tullius
ad Varonem. Sed quid ego uinc hæc ad te, cum domi traha na-
scantur? Idem Academicarum questionum libro secundo: De-
sine queso communibus locis, domi nobis ipsa nascitur, id
est, hæc oratorum sunt propria. Proinde dixeris eleganter:
Quid in rebus istis felicitatem uenaris? domi habes, unde bea-
tus esse queas. Regum est domi consilium habere, non ab
aliena pendere tefferam.

Confringere tefferam. L

Apud Plautum in Cistellaria confregisse tefferam ait dicitur,
qui sibi reditum in domum aliquam præclusit. Si quidem cum
amans dixisset se ire uirum ando astridulum, ut lenæ filium duce-
ret, orans ne se peruium fieri patretur, illa respondens:
Abis inquit, querere, ubi tuo irando satis sis subdij, hic
apud nos iam Alcesimarche, confregisti tefferam. Est autem
tefferà symbolum hospitale, quo prolato cognoscebantur
hospites, siquidem recessissent.

Frigidam aquam suffundere. LI

Frigidam aquam suffundere, Plautus in Cistellaria uide-
tur usurpasse, pro eo quod est infligare clanculum. Sic enim
in ea fabula meretric queritur de matronis maritos suos in
meretricium odiū quo ad possunt inflamantibus. Ita nostro
ordini, palam blandiunt, clam si occaso usquam est, aquam
frigidam subdole suffundunt. Viris cum suis prædicant, nos
solere, suas pellices esse aiunt. Translatum apparet ab ijs, qui
certantibus equestribus aquam equis aspergebant, quo reijō-
cillati curteret aruis, atque hoc pacto ad casum iniigebat.
Cuius ministerij meminertunt etiam pandectæ uiris Casarelli-
bro tertio, titulo de ijs, qui infamia notantur, ex Ulpiano,
his quidam uerbis: Et generaliter in omnes optinatur, & uti-
le uidetur, ut neque Thymelicis, neque Xysticis, nec agitatores,
nec qui aquam equis spargant, ceteraque eorum ministeria,
qui certantibus sacris deseruiunt, ignominio si habeantur.
Hæc uerus Ulpianus. Id sibi opino, in Olympicis, aut fini-
libus certantibus, nonnullam & ob hæc causam, ne rotæ agi-
tatione fruescentes, flammā conciperent. Nisi si cui magis pro-
bato, ut traditulum putetur ab ijs, qui iocū ludibrije causæ,
clanculum aquam infundunt in cōiū locum: aut ab his qui
ludibrij causæ, aquam conspergunt aliquem, qui balnearum
iocus est. Vnde ex Iulius Pollux libro septimo docet πάλυ-
νερν interdum usū pari, pro comiciarij. Sic Aristophanes in
Pluto: πάλυνερν ἢ παύων ἢ τὸ σὸν ἢ τὸ σὸν ἢ τὸ σὸν. Querit
tur quod contumeliæ causæ conspersus sit aqua multis præ-
sentibus. Sed pbabilis est traslatū ab officinis erarijs, ubi sa-
bri subdole frigidam in igne aspergunt, quo igne sit uentilior.

In fenem ne quod collocaris beneficii. LII

Ἰένων μὲν ἔσπετο κερδῶν ποιεῖν, id est, Ne
quid unquā beneficii collocaris in fenē. Refertur nominatim
proterbio uice, ab Aristotele in libro Rhetoricorum secundo,
ἧ ὅς τις συμβεβληνὴ μὴ ἑλλορ γέροντα, τὸντο μαγε-
τερεῖ ἢ παροισμία, μὴ ποτ' εὖ ἐσθ' ἐμ γέροντα, id est, Qui
consulit, nequis cum fenē ineat amicitiam, huic testimonij lo-
co est proterbium, nequando benemeræ de fenē. Dicitur
hodieque uulgo: in fenem neque, in puerum collocandum
esse beneficium, propterea quod alter non refert, alter non
meminit, Extat & huiusmodi quoddā apud Diogenianū ada-
glum:

gium: Μά ποτ' εἴ ἐδ' ἐμ' ἡρέοντα, μὴδ' ἡαυαίκα, μὴδ' ὠσαίκα, μὴδ' ἡαυαί τινος, μὴδ' ἡάλορ κισπιλάτηρ, id est, Ne quid beneficij colloces, neq; in senes, neq; in mulierem, neq; in puerum, neq; in canem cuiuspiam, neque in garrulam nemigem: propterea quod petire uideatur, quicquid in eiusmodi genus hominum infumitur.

Stultus, qui patre caeso liberis pepercit. LIII

Superiori protinus illud subiecit, et quide proberij no mine: καὶ τοὺς ἡοὺς ἀνοεζέμ' ὦμ καὶ τοὺς πατέρας, Νήπι' ὄδ' πατέρα κτείνωσ, πῶδα' ὡς καταλείπει. id est, Et qui suadeat occidere liberos, quorum patrem occideris, huius attestatur hoc proberium: Stultus qui patre occiso liberos relinquit. Refert idem postea inter sententias: Patius qui occiso patre, liberis pepercit. Est autem uerus proberialis: Νήπι' ὄδ' πατέρα κτείνωσ ἡοὺς ἢ ὠδ' ὠσάτωσ, id est, Est stultus, qui patre perempto pignora linquit.

Hoc adagium usque passim scribitur Philippus Macedo, cum liberos etiam e medio tolleret, quorum parētes occiderat. Aut enim oportebat primum a parentibus occidendis abstinere, aut filios item submouere, paterne necis ultores aliquando futuros. Huc pertinet Homericam illud ex Odyssae. Γ. σὺ εἰ γὰρ ἄβ' ἡοὺ' πῶδα' α' καταφάσθ' ἰμῶσιο λιπέδ' Ἄνδ' ἡοσ.

id est, Ut bene habet caeso prolem superesse parenti. Erit usus adagio quoties admonerimus, ut non esse prouocandos homines, aut ita conficiendos, ne in posterum reliquiae nos exercent.

Χρησολόγοι. LIIII

Χρησολόγοι dicebantur, atq; hodie quoq; uulgò dicuntur, qui probe loquantur, et improbe faciunt. Dicitum autem peculiariter in Pertinacem imperatorem, quem admodum in huius uita testatur Iulius Capitolinus. Paulus in epistola ad Romanos, huiusmodi blandiloquentiam, χρησολογίαν uocat: Ὁ δὲ δὲ χρησολογίας, ἡοὺ' εὐλογίας, ἢ ζακατώσ' τὰς κερδίας, ἔμ' ἀκακόμορπ' id est, Qui per blandiloquentiam ac benedictentiam seducunt corda innocentium.

Pulchre dixit. Belle narras. LV

Huc pertinere uidentur ironie ille proberiales, basim in comardijs obuia: Dixit pulchre. Belle narras. καλῶσ ἔλεγεσ. Dere dictu uehementer absurda. Plato in Euthydemo nominatim pro proberio commemorat. Verba Platonis sunt, Ἐ γὰρ λεγὸ ἡβλυορ, καλὰ δ' ἢ πάντα λέγεσ, id est, Erit enim quod dici solet, omnia pulchra dicis. Item in Gorgia: ἀκαεὶ δ' ἢ φασί μέλα καλὸ δ' λόγοσ, id est, Audi iā, ut aiunt, ualde pulchrum sermone.

Figuli opes. LVI

Κεράμασ πλῆσ' ὄδ', id est, Figulie diuitie. De rebus incertis fragilibus, ac neuiquam duraturis. Quemadmodum figulorum uasa facile comminuantur quolibet casu. Refertur adagium a Diogeniano.

Lepus dormiens. LVII

Λαγῶσ καθεύδ' ὦρ, id est, Lepus dormiens. Quadrat in eis, qui qd non faciunt, id facere sese adsimulat, aut qd faciunt, id se facere dissimulat. Qualem quidam arbitrantur fuisse Vlybis somnium, cui a Phaeacibus in Ithaca insula exponeretur, auctore Plutarcho. Nā leporem patētibus genis dormire, cū alij per multum tradūt auctores, tum Plinius libro undecimo, capite trigesimo septimo, id quod etiā hominibus nō nullis ait accidere, quos Graeci κορυβαυτέσ, appellāt. Neq; perperā, opinor, dicitur et in timidos. Adagium a multis antioribus refertur.

Sero Iupiter diphtherā infepxit. LVIII

Ὁ ζῶσ κατ' ἐδ' ἡρόν' ὄδ' εἰσ τὰς Διφθέρασ, id est, Insuperxit, et si sero, pelle Iupiter. Senarius proberialis in eos, qui sero quidem, sed aliquando tamen pro malefactis dant poenas. Antiquitas enim creditit Iouem omnia in sua diphthera, hoc est, pelle caprina scribere, ac multa quidem pro tempore dissimulare, uerum aliquando de improbis poenas sumere. Belle quadrabit eis in principes, qui diu dissimulata malefacta tandem puniunt.

Aut mortuus est, aut docet literas. LIX

ἢ τοὶ τέθνηκερ, ἢ διδάσκου ἡγάμματα. id est, Aut perijt, aut profecto literas docet.

Senarius proberialis, quo significabant olim cuiuspiam omnino male esse, tametsi parum liqueret, quid rerum ageret. Is autem hac occasione uenit in iudij sermone, auctore Zenodoto. Atheniensis duce Nicias, parum feliciter aliquando pugnauerant aduersus Siculos, permultis occisis, plerisque captiuis in Siciliam abductis, qui Siculorum filios, literas docere coacti sunt. Froinde pauci, qui fuga elapsi redierant Athenas, rogati quid hic aut ille faceret in Sicilia, modo memorato uersiculo respondebant. Aut perijt, aut docet literas.

Oportet testudinis carnes, aut edere, aut non edere. LX

ἢ δ' ἡ χυλῶνεσ κερὰ φαγῆμ, ἢ μὴ φαγῆμ, id est, Testudinis carnes aut edas, aut non edas. Trimeter proberialis in eos, qui negotium susceptum frigide ducunt, neq; exultantes, neq; relinquunt. Sunt qui putent hoc dictum ab auctore Terpsione profectum esse. Quorum est Athenaeus libro octauo, declarans hunc primum procepisse de gastrologia, editis regulis per quas liqueret a quibus esset abstinendum, quibus contra uescendum: inter quas erat et haec de testudine ἢ φαγῆμ, ἢ μὴ φαγῆμ. Addunt testudinis carnes si moderate edatur, uentris tormina facere, uisum si copiose, lenire. Cuiusmodi quiddā est de lactucis refert Plinius. Perinde quasi dicas, aut bellādū est, aut nō bellādū, aut studentū, aut nō studentū. Nam pleriq; res, quas se facias acriter, plurimū conducunt: sin ignauius, officium. Velut eae quae medio critem non recipiunt, quod genus est musica, poeticae. Sunt uisus quaedam, quae degulasse sit satis. Quo de genere putat esse Philosophiae Studium Emianus ille Neptolemus, et Callicles Platonicus. Non abhorret ab eo quod est in Apocalypsi: Vtinam aut calidus esses, aut frigidus.

Bonae leges ex malis moribus procreantur. LXI

Macrobius Saturnalium libro tertio: Verus uerbum est, inquit: Leges bonae ex malis moribus procreantur. Nā sciti medicorum pharmacis nihil opus foret, nisi morbus laboraretur. ita legibus ferendis nihil opus esset, nisi perperam uideretur. Unde apud Aeginum as olim pecuniaria poena multabat ius, qui legis instituentiae dedisset occasionem. Auctor Aristoteles libro rhetoricorum secundo. Huc pertinet quod Sotion ἐρωτῆ βελε, δ' ἀτ' ἡ π' ἡ παρκοτόνε νόμορ οὐκ ἔδνε κε, διὰ τὸ ἀελπίσσαι εἰσπρ, id est, Rogatus, quan ob casti sum, non tulisset legem in parricidas, respondit, quod non sperasset futurum parricidam.

Bos alienus subinde foras prospicit. LXII

Ἔσ ἡ ἄλλοτῶσ τὰ ὠπαῖα ἔξω βλεῶνα, id est, Bos alienus subinde foras prospicit. De ijs, qui apud alienos notis satis ex animi sententia trahuntur, coq; Lepus suos desiderant. Vnicuiq; domi, ac uelut in suis prosepibus iucundissimū

nig; ipso etiam flore, itidem et asini labris nihil durius, ac petriocosius, ut illis no alia lactuca magis apta videatur. Porro carduos lactucarum uice etiam in conuiuiis a nonnullis apponi sole, testis est Iulius Capitolinus in uita Pertinacis imperatoris. Plinius item libro decimono, de carduis, in hunc modum: Poterant uideri dicta omnia, que in precio sunt, nisi fletaret res maximi que fuis, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud Carthaginensium magnam. Cordubamque precipue, festertium fena millia et paruis his reddere, quonia portenta quoque terrarum in ganeam uertuntur, etiam ea que refugunt quadrupes conscia. V. Sarpax, simulque interpretatur procerbum, diuis Hieronymus, scribens ad Chromatium in hunc modum: Secum illud quoque, de quo semel in uita Crassum ait risisse Luellius: Similem habent labra lactucam, asino carduos comedente: uidelet ut perforatam nauim debilis gubernator regat, et cecus cecos ducat in fouea, et talis sit rector, quales illi qui reguntur. Hactenus ille. Fuit autem hic Crassus auus eius Crassi, qui pugnas aduersus Parthos interijt, cuius signa postea retulit Marius. Numeratur is in ter eos, qui nunquam in uita risisse feruntur, eaque gratia et γλαστοι, id est, irrisibiles cognominati. M. Tullius in actionibus, Crassum Licinium, autore Lucilio, semel duxat in uita risisse testatur. Plinius libro naturalis historie septimo, capite decimono: Ferunt, inquit, Crassum auum Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse, ob id Agelastum uocatum scitis nec fuisse mortui. Diuis Hieronymus contra Rufinum: Ego certe ut homini seuerissimo risum moueam, ut inuiteris aliquando Crassum, que semel in uita risisse scribit Luellius.

Dignum patella operculum. LXXII

Huc similitum est illud, quod ab eodem Hieronymo refertur in epistola ad Chromatium: Dignum patella operculum. In mea enim, inquit, patria rusticitas uernacula. Deus uenter est, et in diem uiuitor et sanctior est ille, qui ditor est. Accessit huic patella iuxta tritum populi sermone procerbum, dignum operculum. Significat autem episcopum ad improbos populi mores accomodatam. Idem aduersus Rufinum: Quod librum Eusebij pro Panphili uerteres, quod tuum quasi operculum uenentat patella imponeret. Plato in Hippia maiore, differens de pulchro ac decoro, ait lenticulari magis conuenire ficulnum operculum, quam aureum.

Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces. LXXIII

Plutarchus in libello de liberis educandis, ἀπ' ἡλώδων παροικισθεῖς ὑποσκιάζειν μάστιγος, id est: Si iuxta claudum habitatis, disces subclaudicare. Pindari interpret extulit hunc in modum:

ἡλώδων παροικισθεῖς, κἀπ' ἐνὶ σκιάζειν μάστιγος. id est, Claudio uel uni si propinquus manseris, Disces et ipse claudicare proinuis.

Huc pertinet illud Hesiodium, nobis alibi dictum: τῶν ἡλώδων κῶδ' ἡλιτῶν ἔσσι. Ea uero res humanarum est infelicitas, quod facilius transilunt uitia quam bona. Et tamen uerum est quod addit Hesiodus, ὠσπερ κἀγαθὸς μέγ' ὄνησας, Ita Pindarus in Nemeis hymno septimo, εἰδὲ δ' εὐερεῖται ἀνδ' εὐδὸς ἀνδρῶν, τὶ φάσμαρ' ἢ γαίτωρ' ἤ μιν ἄλλοι. Ἐλευσάντα δ' ἄπ' ἄπ' ἡλιτῶν, ἡλώδων πόντων ἔσσι μάστιγος. Interpret adducit et illud ex Hesiodo,

Γαίτωρ' ἔσσι μάστιγος, ἰσοσύντα δ' ἡλίτῶν.

Notum est illud Themistocles, qui profectus agro iussit et hoc praconem addere reliquis doctibus, quod bonum haberet nicinum. Proverbium admonet perniciosam improborum ho-

minum consuetudine, propterea quod cum corporis, tum maxime animi uitia conuocant serpunt in uicinum. Nafso: Dum spectant oculi lasos, ledantur et ipsi.

Multaque corporibus transuisione uocent. Id Aristoteles existimat potissimum istu uenire in morbis oculorum, quod ea corporis pars maxime sit mobilis. Ite in scabie, quod in summa sit cute, et humore glutinoso, ad uicinum permanet. Postremo in omnibus morbis, qua est spiritu corrupto nascuntur, ut pestis, quod spiritus facile ab alio in alium traiciatur. Denique est occultus quidam nature consensus, qui fit ut oscitare incipiat, qui uiderit oscitantem, et mictriat, qui meientem conspexerit, auter est Alexander Aphrodisius. Et balbutire discit, quisquis assidue cum balbo uiuit. Morum autem scabie affricat conuictor conuictori. Plutarchus in commentario de ratione dignoscendi uirum amicum ad adulatorem, scribit tantam habere uim assiduum consuetudinem, ut imprudentes etiam inuitemur uitia corum, quibuscum uiuimus. Quoadmodum Platonis familiares eius gibbum inuibat auter. Aristotelis amici, balbutientem eiusdem exprimebant: Alexander Macedonum regis familiares cruciatu inflexum, et uocis in dicendo asperitatem effugebant.

Corrumpunt mores bonos, colloquia praua. LXXIII

Eodem pertinet ille Menandrius senarius, quem diuis Paulus apostolus, haud quaquam grauatus est in prima ad Corinthios epistola citare:

Ἐδιδασθησιν ἕκαστος ἡλικίῳς ὁμιλεῖν κακαῖς. id est, Mores bonos conuictus inuicit improbus.

Tertullianus ad uxorem uerit Grecum carne, sed libertate Latine comedia: Conuictum, inquit, atque commercia deo digna scolare, memor illius uersiculi sanctificati per Apostolum: Bonos corrumpunt mores, congressus mali.

Consimilem hunc sententiam refert Aristoteles nono moralium libro. Celebratur et hic senarius a Grecis: κακοῖς ὁμιλοῦν κἀντὸς ἐκείνων κακοῖς. id est: Malus ipse fiet, si malis conuixeris.

Quamquam autem alienius ab hoc instituto uidetur huiusmodi conquirere, tamen no mihi tempero, quin illud adscribam ex Seneca de ira libro tertio, si no magnopere pertinens ad prouerbij declarationem, certe ad uitam institutendam in primis conducibile. Sumitur, inquit, a coter santibus mores. Et ut que dam in contactu corpore uitia transfusit, ita animus mala sua proximo tradit. Ebriosus conuictus in amorem uini trahit. Impudicorum cectus, fortetque et si liceat, uirum emollit. Auaritia in proximo uirus sua transfusit. Eadem e diuerso ratio uirtutum, ut ut omne quod secum habet, mitiget. Nec tam uelutudini profuit utilis regio, et salubris cœlu, quam animis paru firmis, in turba meliorum uersari. Queres quantum possit intelliges, si uideris, feras quoque conuictu nostro mansuescere, nullique immani bestie uim sua permanere, si hominis contubernium diu passus est. Hucusque Seneca uerba reddidimus. Porro cum omnis cotubernij constitatio, plurimum habet momenti ad corrigenda, deprauandaque, moralium ingenia, tum precipue uidet oratio, que quide ex arcanis illis animi penetrat alibus deprompta, genuina quando et occultat uim, atque ut Grece dica melius ἐνέργειαι secū adfert, canque in auditoris animi, in que illabitur, transfundit presentem uenent, si pestilens fuerit: remediū officacū, si salutaris. Proinde nullam adhuc apophthegma philosophorum memini legere, quod mihi uideatur cum illo conferendū, quod Ioanes Coletus meus, iur pa riter et eruditus, et incorruptus, subinde dicitur et cōiuncti:

Tales nos esse, qualia sunt quotidiana colloquia: tales euade-
re, qualia frequenter audimus. Iam vero quod de colloquio di-
ctum est, idē oportet et de studijs accipere. Quia uti a omnem
in Ethnicis continerit literis, gentiles euadit. Qui prae-ter ob-
secras auctores, nihil euoluunt, moribus obsecras reddantur
oportet. Etenim lectio colloquium quoddam esse uidetur.

Annus clibanum.

LXXV

Αννὸς κλιβανοῦ, id est, Annus clibanum. In eos olim di-
cebatur, qui noue quippiam reuiperissent. Nā Annus quidā
Aegyptius clibanorū usum, in quibus panes coquerētur, ser-
uatur excogitasse. Siquidem prisci, pulre polentaeq; uictabant,
cocti panis usum nescientes. De ratione coquendi panis in ser-
nās, permulta Plinius lib. xvij. cap. xi. et hinc re uocabulū
etiam inuātam. Nam Plautus in Aulularia artopesta uocat.
Seneca in epistola quadam ad Lucillum ostendit, antiquitus
panem manuum tractatione subactum, feruenti cinere, testaq;
percoqui solere: deinde paulatim repositos serenos, et alia ge-
nera, quorum seruos seruare arbitrio. Meminit huius adagij
tum Suidas, tum Aristophanis interpres, et Suidas.
Quaquam exemplaria pleraq; ἀννὸς κλιβανοῦ habet, in uo-
dicat loco ἀννὸς κλιβανοῦ scriptum reperi, quod mihi quidē ma-
gis aridet, ut uocabulum sit proprium.

Magistratus uirum indicat.

LXXVI

Ἀρχὴ τῶν ἀνδρῶν δείκνυσι, id est, Imperia demonstrat
uirum. Hinc et iambicus prouerbio celebratur. Quidā Pitta-
ci Mitylanei putant apothibegna. Sicut qui Soloni tribuāt,
quorū de numero Sophocles est, ut ferunt. Aristoteles quinto
mordium libro, Biantis nomine citauit. Item Theophrastus
in prowerbijs, quaquam ea nō extant, Bianti adscribit. Hoc
adijciendum putauit, ne quis cauillare sententiam esse, nō pro-
uerbium. Quaquam et Plutarchus in uita Ciceronis ostendit
fuisse prouerbio celebratū dictum, loquens hinc in modū:
ὁ δὲ Διοκῆς μέλιτα ἠδὲ λέγεται, ἡρώτων ἀνδρῶς ἐπι-
δεικνύσιν. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἀρχὴ τῶν ἀνδρῶν παῖδος κιν-
ῆσσα, Ὁ πάσις ἀποκαλυπτοσα κινῆσα, ὁ μὲν ὁμοδὲν ἄ-
οῖχ ὁ ἀρχὴ, id est, Quod autē uidetur ad dicitur, maxime
mores hominis ostendere, atq; explorare, nimirum potestas
ac magistratus, omnem mouēs affectum, et omnem aperiens
multitiam, id Demostheni quidem non adfuit.

Sophocles in Antigone

Ἀμύχωρον δὲ πωποτὸς ἀνδρῶς ἐκ μαδῆρ
εὐχλύπε ἠδὲ φρονίμω, Ἐ γνῶμιλον, πειρὴ ἀμ
ἀρχῆς τε ἠδὲ νομοσιμῶ ἐν τρεῖσις φωνῆ. id est,

Fieri haud potest, cuiuspiam ut pernoueris
Animum atq; mentem sine sensum, ni prius
Imperia nactus gesserit ciuilia.

Sensus est in uita priuata uix satis perspicere posse mores et in-
genium hominis. Verum si committas imperium, ut quod li-
beat, idem liceat, tum demum apparere, quo fit animo. Ele-
ganter inuertit Epaminondas, cui cum T bebani per contu-
meliam magistratum quempiam seruandū et contemptum
mādasent, non cōtempit, sed ea cura gessit, ut ueneri prius
contemptissimo dignitas, et autoritas accederet, dicens,
Ὁ μόνον ἄρχη τῶν ἀνδρῶν ἐστίν, ἀλλὰ Ὁ ἀρχὴ
ἀνδρῶς, id est, Non solum magistratus uirum ostendit, sed ma-
gistratum uir. Meminit Plutarchus in praecipis ciuilibus.

Idem Accij, quod Titij.

LXXVII

Exhibat olim adagium apud M. Varronem in satyra, cui
titulus, Testamentum, referitur q; apud Aulium Gellium in no-
tibus Atticis, idem Accij quod Titij. Quod si quis, inquit,
undecimo mense, κατ' ἑξιστορέωυς natus est, Accio idem

quod Titio ius esto. Nimirum significans eodem sibi iure sit-
tarum, filium decimo mense natum, quo cum qui natus sit
undecimo. Sumptum uidetur a iuriconsultorum consuetudine,
Titij et Accij uocabulum pro quolibet duobus subin-
de usurpantium.

Muta persona.

LXXVIII

Κωφὸν ἡρώτων, id est, Muta persona. Martialis in
sexto epigrammatum libro:

Comedi tres sunt, sed amat tua Paula Luperce

Quator, et κωφὸν Paula ἡρώτων amat.

Quadrabit in eos, qui in confessu deliberantium, aut disputā-
tium, aut etiam in conuiuijs ceteris loquentibus, soli tacent.
Traductum apparet a lege comediaurum, in quibus non te-
mere plures tribus per se solent induci in eadē scena. Quod
si quando quarta accesserit, aut muta prorsus est, aut per pau-
ca loquitur. M. Tullius ad Atticum libro decimo tertio; Si
Cottam et Varrone scilicet inter se disputātes, ut à te pro-
ximis literis admoner, meum κωφὸν ἡρώτων esse. Mu-
tas nuptias dicit alibi Pindarus, pro clancularijs, et in qui-
bus non decantatur hymeneus, ἡρώτων γάμου.

Caput sine lingua.

LXXIX

Ab hoc non admodum abluat ille Labeianus trimeter.

Caput sine lingua, pedaria est sententia.

Competit in eos, qui in consulationibus, aut disceptationibus
ipsi quidem nihil habent, quod dicant, uerum aliorum senten-
tias annunt. Nam pedarij fenatores dicebātur ij, qui in sena-
tu quidem sedebant, uerum sententiam nō rogabantur, sed in
aliorum sententias pedibus discedebant. Vnde referente Festo
Pompeio in dictione Pedarius, a Lucilio dicitur sunt Agipedes.
Referitur a Gellio notium Atti. lib. ij. cap. xvij.

Corpus sine pectore.

LXXX

Prouerbiali figura dixit Horatius in epistolis ad Albiū:
Non tu corpus eras sine pectore, dii tibi formam,
Dij tibi diuitias dederant, artēq; fruendi.

Item Ouidius in Heroinis:

Huncine tu speras hominem sine pectore, dotes
Posse satis forme Tyndari nosse tuae?
Perinde uero dictum est corpus sine pectore, quasi dicās, sine
mēte. Nam sapientiam et ingenium in pectore atq; in corde cō-
stitunt. Vnde et cor dotes appellamus prudentes. Et Iuue-
nalis trādam ac stolidum significans:
Cum leua in parte manūle
Nil salit Arcadico iuueni.

Cerite cera dignus.

LXXXI

Olim notari dignos, atq; improbos et nequam homines,
Cerite cera dignos prouerbio uocabant, nimirum Ceritum ce-
ram insignem ignominiam appellantes. Horatius:

Quid deceat, quā non oblit, Cerite cera
Digni, remigium uitiofum Ithacensis Vlysis.
Acron et Porphyrius, huiusmodi tradunt originem adagij.
Romani Ceritibus bello subactis, eam dicere conditionem, ne
suffragij ius haberent, ne leges illas aut eederent, aut habe-
rent. Eamq; ignominiam in adagium abisse. Memini de ta-
bulis cōstitutis et Aulio Gellius lib. xvi. cap. xvij. Primos autē
municipes, inquit, sine suffragij iure Cerites esse fidos acci-
pinus. Concessimq; illis, ut ciuitatis Romane honorem quā-
dam caperent, sed negotijs tamen atq; oneribus uacaret, pro
sacris bello Gallico receptis, custoditiq;. Hinc tabule Ceri-
tes appellatae uersa uice, in quas censores referri uidebant,
quos nota causa, suffragij priuabant. Confine uidetur illi,
quod alibi diximus: Sutorum atramentum.

Dijlaneos habent pedes. LXXXII

Macrobis libro Saturnianum primo, capite sexto, scribit in hunc Modum: Cur autem Saturnus ipse in compedi- bus uisator, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit. Verū mihi Apollodori lectio suggerit. Saturnum Apollodorus alligari per anum laneo uinculo, et solui ad diem sibi festum, id est: mense hoc decembris. Atq; inde prouerbiū dictum: Deos laneos pedes habere, significari uero decimo mense semen in utero animalium, in uitam ergo anDESCERE, quoad donec erumpat in lucem, mollibus natoꝝ uinculis detinetur. Hactenus Macrobius. Lucianus item in Cronosolone, Saturnum in compe- dibus fingi solere significat. Atq; huius fingentis rationem reddit in libro de Astrologia, nempe quod orbis Saturni lon- gissime à nobis remotus sit, ob hoc in tartara coniectum sin- xere ex aeris profunditate, sumpta occasione. Deinde quod motus sit omnium tardissimus, ut quasi stare uideatur, compe- dibus alligatum fixerunt. Plutarchus in problematis scribit Tyrjjs fuisse morem, ut deorum statuis uincula intjserent. Aenigma prouerbij indicat, deos ad scelus uitionem lente quidem procedere, sed tamen aliquando de maleficijs poenam sumere uel inopinato. Sic interpretatur Porphyrio, demon- strans ad qđ scribit Horatius libro Odarum tertio, oda secūda: Raro antecedentē scelerum Deseruit pede poena claudo. affine esse prouerbio, quo dicitur, deos iratos, pedes lanatos habere, quā nonnunquam tarde ueniunt nocentibus.

Zenone moderatior. LXXXIII

Ζηνωνος ἡ ἐγκρατέστερος, id est, Zenone temperatior. Testatur et Laertius in Zenonis uita, philosophum hunc, tum in uictu, tum in uoluptatibus ueneris, usque a deo pa- tientem ac parcum fuisse, ut cruas duntaxat uiseretur, ac pallio praetenu tegeter. Vnde et Philemon in comedia taxat hominem, qui post panem obsonij loco, caricis utre- tur, aquam uini loco biberet, ac discipulos esuriem doceret. Hinc et in uulgi sermone abiit, Zenone temperantior. Phi- lemonus uersus apud Diogenem ex fabula, cui titulus Philoso- phi, sunt huiusmodi:

Εἰς ἄρτον ἕλαρον ἰχθῆδας ἐπιπιθῶν ἰδίω
 φιλοσοφῶν κατὰν ἡδὴ οὐτὸν ἠλοσοφῶν,
 Πίνων Ζιδάσκει καὶ μακρὰς λαμβάνει. id est,
 Post panis esum, caricumq; obsonium
 Aquam bibens perdit ad inde simplicem.
 Nouum enim philosophia celebrat hic genus.
 Docet esurire, ac discipulos ita illicite.

Quamquam sunt, qui uersus hos Posidippo tribuant, non Phi- lemoni, uelut idem admodum Laertius.

Sylofontis chlamys. LXXXIIII

Ἡ συλοφῶντος ἡ χλαμῆς, id est, Sylofontis chlamys. Refertur à Diogeniano, dici soliti in hos, qui se culina, uesiti- tuq; iactitant, ac uenditant. Videtur haud absurde dici posse et in eos, quibus manus exiguum in tempore, magno cum sanore redijt. Historice, quae prouerbij dederit occasione, meminit Herodotus in Thalia, et Strabo geographiae libro, decimoquarto. Ea sic habet. Syloson quidam cum sensisset Dariū Hytaspis filium, cui adhuc priuatus ageret, chlamy- de quadam sua admodū bella, impensus fuisse delectatū, eam uero dono misit. Cuius tam effestuae liberalitatis memor Da- rius, cui iam rebus esset praefectus, totā et uerbē, et insula Sa- miorū Sylofonti in manus tradidit unius uestis munus, tā opu- lento regno cōspersans. Mētione facit huius rei Valerius quoq; Maximus, libro memorabilium quinto, titulo de gratitudine. Porro quod alij chlamydem uocant, hic amiculum appellat.

Opera Sylofontis ampla regio. LXXXV

Ἐν τῇ συλοφῶντος ἡ εὐερχεσία, id est,
 Per Sylofontem regio facta est amplior.

Senarius in prouerbiū uersus, quom refert Strabo lib. geo- graphiae xiiij. Nam Syloson munificentia Darij mortuo Po- lycrate, Samiorum adeptus tyrannidem, cum acerbius exer- ceret imperium, ita ut frēre solent ij, qui ab humili fortuna re- pente ad res amplas prouehuntur, et ob hanc causam insula deferretur ad incolis, prouerbio dici coeptum:
 Ἐν τῇ συλοφῶντος ἡ εὐερχεσία. id est,
 Sylofontis causa ampliata est regio.

Conueniet in acerbē gerentem magistratū, aut in principem malum, cuius uitio deseratior ab incolis regio. Venustius red- ditur longiore deflexu, ueluti si in hominem πλεονέκτω, qui domum aliquam compilari dicatur, aut in profusum ac prodigum, cuius loci locali facti sunt inanes.

Phalaridis imperium. LXXXVI

Φελαγίδης ἡ ἀρχή, id est, Phalaridis principatus. Refertur inter Graecos parcauias. Recte dicitur in eos, qui crude- lius exercent imperium, aut potestate sibi delegatam. Ortum adagium à Phalaride Agrigentinarum tyranno, quem sua crudelitas nobilitauit. Inter multa autem crudelitatis exempla celebratur in primis aeneus ille tauro Perilli, siue Perilai, nā sic appellat Lucianus, inuentum, in quo subiecto igni, mortales uia sic exarēbātur, ut pro euilatu humano, mugitum ede- rent morientes. Eum taurum, exusto primum in eodem arti- fice, Delphos mississe legitur, ut Phaebo dicitur, et eius tem- plo reponeretur, monumentum futurum, simul et aris exqui- sitissime, et inuenti crudelissimi, et poene merito in aut orē reitorae. Verum Delphi munus, ut à tyranno missum repu- diarunt. Haec ferme leguntur apud Lucianum. Simli figura à di- ctum legitimus φαλαγγισμοῦ, pro immani crudelitate. Cicero ad Atti, lib. vij. Nam istum quidem cuius φαλαγγισμοῦ tie- mes, omnia teterrime facturum puto. Idem in actione contra Pisonem: Quoniam, inquit, Phalarin grammaticum habebamus, id est, qui perperam scripta etiam capite punit.

Manliana imperia. LXXXVII

Vi hoc proximi recte congruit in hos, qui se ueniunt in eos, in quos ius nati sunt, ita Manliana imperia consueit illi pro- uerbiū, probe reuocatur in eos, qui nimis rigida uis obe- ruatione humanitatis et equitatis obliuiscuntur. Histo- ria quae prouerbio causam dedit narratur à Tio Lino pri- me decadis, octauo libro. Extat et apud Valerium Maxi- mum, aliosq; complures scriptores. Ea ad hunc ferme habet modum. L. Manlius, cum consul bellum cum Latinis gere- ret, edictumq; esset, ne quis extra ordinē pugnaret, T. Man- lius consulis filius turme praefectus, prouocatus à Genutio, siue ut Valerius à Gemio Metio Tuscancorum quatuor praefecto, oblitus edicti consularis conflixit, et prouocato- rem hasta confodit. Deinde uia comitante turma, ac uelut ouante spolijs ornatus, ad patrem tenderet, ille mox in cons- pectu omnium, filium quod extra ordinē pugnasset, ad pa- lum deligari, deinde urgis ex more cedi, postremo secu- ri feriri iussit. Salubri quidem in posterum exemplo, quemad- modum at Linius, sed in praesentia nimium inuidioso conse- li. Si quidem, ut autor est Valerius, libro memorabilium no- no, capite de ira, cum uictor Roman reuerteter, nemo inuenum obuiam ijt, in tantum totius uacuitatis odium ue- nerat. Hinc et cognomen additum uulgo imperioso. Refert sine seueritatis exemplum Valerius Maximus, libro se- cundo, capite de disciplina militari, de Posthumio Tibiarto, cuius

cuius filius fortissimus adolescens, quod feliciter quidem, sed iniussu patris, cum hoste commisisset, a patre securi percussus est. Quamquam Titus Livius primae decadis, libro quarto, maluit hoc de Manlio Torquato, quam de Posthumio credere, atq; in uarijs scriptorū opinionibus, hoc potissimum argumentū seculi testatur, quod uulgato pro uerbo Manliana imperia dicta sint, non Posthumiana, cum tamen Posthumius eate praecesserit Manlium. Quod si prior tui saevi exempli fuisset auctor, occupasset nimirum insigiem titulum crudelitatis, praeter ea quod Manlio cognomen inditum esset imperioso, non Posthumio.

Complurium thriorum ego strepitum audiui. LXXXVIII

Est autem cuminum per se quidem exilis herba, tum præci-
 pue genus Aethiopicum, quod Hippocrates, autore Plinio,
 regium appellat, quod olim ferebatur à male precantibus,
 autore Plutarcho, atque ita felicitus prouenire creditum est.
 Quo magis quadrat in hos huiusmodi conuiciū, qui ob
 parsimoniam male audiant. Idem Plutarcho conuiciū
 quæstionum decade secunda, significat hominem ueben-
 ter parcum, cuminum appellari solet. Siquidem loquens
 de ijs dicitur, que citra dolorem dici possunt: Velut, in-
 quit, si quis hominem splendidum ac benignum, cimbion
 appellet, aut cuminum. Est autem κινναῖος Græcis api-
 cula, seu parsimonia, Suida interprete. Hesychius legit
 cymbion, addens dici solitum in parcos: κινναῖος autem
 dicitur fundum olei fidiūs. Ibidem addit eosdem uocari κατὰ
 δ' αμωρῶν φουε, quod aliquid desulpat est nasturtio, ob
 parsimoniam.

Ficos diuidere.

Huic affine est, quod refert Martialis libro Epigrammā
 quinto, σὺκα μωρῶν, id est: Ficos diuidere, unde licet
 et cognomē fingere συκοπῆσις, Martialis carnē est huius-
 modi: Quæ in ingenta fecat, qui dicit σὺκα μωρῶν.
 Sordidum ac parcum fingit, etiam si dignificat, Captiuus
 autem est iocus ex uocis amphibologia sectoris.

ῥῖνδ' ἰσὸς ὀλίγη μὲν ὀδὸς, μάλα δ' ἔγγυθι ταίε,
 Τῆς δ' ἀρετῆς ἐν νότῳ θεοὶ προπαύειν ἐδίδαξαν
 Ἀθάνατοι, μακροτέρη γὰρ ἔσθ' ὁ δὴ οὐρανὸν ἐπ' αὐτῶν
 καὶ ἔρχεται δ' ὑπερταρ, ἐπίω δ' εἰς ἄναρ ἵκετο
 ῥῖνδ' ἢ ἐπετα πέλα χαλκῶν πῆ ἐβόα. id est:

Omnino uitium facile est coningere cuius.
 Est uita ad id breuis, et uicinis in sede moratur.
 Contra, uirtutem sudoribus uindictę diuini
 Praesepere, et longum ad hanc pergrę ardua callis,
 Asper et est primum: sed ubi alca cacumina uictor
 Contigeris, iam fit facilis, licet ardua dudum.

Neq; quicquid est tritius eo, quod dixit Aristoteles libro moralium Nicomachorum secundo: Περὶ τῆ χαλκπέπεσσι ἀεὶ ὁ τέχνη ὁ ἀρετῆ. id est: Et ars et uirtus circa id uersatur, quod est difficultius. Eodem pertinet: Litera Pythagorę discrimine scilicet bicorni. Et euangelicū illud de uia arate, que ducit ad uitam. Itē de duplici uia apud infimos, quæ uiam altera ducit ad campos Elysios, altera in malā rem. Diximus alibi de Litis et Ate, que fabula declarat multo difficultius esse bene facere quā male, scire cōcordiā, quā uirum pere. Eam sententiam Pindarus extulit in Pythijs hymno quarto, ῥῖνδ' ἴον μου πῶδ' ἰον σῖσαι ἢ φαυροτέρους, ἄλλ' ἔπει χάρις ἀνδρῶν ἰσοῦ δ' ἠνασάδες δ' ἢ γινετ' ὅς ἀπίστος, εἰ μὴ διὸς ἀγαλλόμενοι κυβερνητῆς γῆρας, id est:

Facile est ciuitatē cōmouere, etiam malis. Cæterum in locū pristinū ilico reponere difficile sanē est, ni deus principibus gubernator cōingat. Rectitudinis alibi quod in seditione etiā Androclides abiecitissimus belli ducem agat. Et nos hac ente uidimus, per quos quanti tumultus excitati sint. Celebratur elegans Lacedæmonij dictum, apud quē quum quidam laudibus ueheret Philippum, quod ciuitatem opulentissimā euerstisset: Atqui, inquit, non posse talem cōdere. Huiusmodi uoces inferibi debent principum animis, qui quam ne minima quidem iorbeculam extruunt, dii sibi uidentur, quod irē bes et agros perdant.

Colophoniam ferocitatis.

Χοροφόνεια ἕβρης, id est: Colophonia ferocitas. In insolētes, qui ferociter despicunt, et affligunt humilioris fortunę homines. Aut in eos, quibus sua ferocitas exitiū attulit. Sumptū ab arrogantiā, superbię eius gentis. Refertur à Dionigeniano in adagionum collectione. Theognis: τῆρις καὶ μάργητος ἀπώλειε καὶ χοροφόνεια. id est: Perdidi et Colophoniam ferocem et Magnetes. Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris. ΧΙΙΙΙ

Vulgo apud nostrates circūferunt adagiū, haud fidendū esse cuiquam, nisi cū quo prius modium salis absumpseris. Significat autē hominis ingeniū nō posse perspicī, nisi diutius nō cōiūctū, longosq; cōmercio. Apparet prouerbiū hoc ab antiquitate profectum esse. Quandoquidē Aristoteles libro moralium octauo, simile quiddam refert, his quidem uerbis: Ἐπὶ δὲ προσδέτῃ ῥόδιος καὶ σκευδαίσιος, ἢ ἡλίθιος ἄποιμια γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν νότῳ ἀλλ' ἄλλως πρὶν λεγομένους ὄλας ἀνομιαν ὄλασσι. id est: Præterea autē spacio tēporis et consuetudine opus est. Siquidē iuxta prouerbiū fieri non potest, ni nos mutuo pernoscamus, antequā salis, quem dicunt, modium pariter absumpserimus. Idē moraliū Eudemiorū libro septimo, διὸ εἰς ἄποιμια ἐλθὺντες ὁ μέσθ' ἰμμι' ἄν' ὀδῶν, id est: Quapropter in prouerbiū abiit salis modius. Eodē in libro refert illud quoq; ex poetā quocūpiam hemistichium, ni fallor:

Οὐδ' ἐὼν ῥόδιος ὄλασθ'. id est,
 Nō est amicus absq; tēporis mora. Addit ex Theognide:
 Οὐ γὰρ ἄρ' εἰδείης ἀνδρὸς νόμος οὐδὲ γυναικὸς
 Πρὶν περὶ αὐτοῦ ὄλασθ' ἵπολύγυτο. id est,
 Haud nosse ingenium uiri licet aut muliebri,
 Nec in iumentū, ni experire prius.

Notat hęc παραμῖα et Plutarcho cōmētario πρὶ Ὀδύσσεως ἐπὶ Ὀδύσσεως, his quidē uerbis, τοὺς μὲν γὰρ ἄλλοστῆρας ὄλας ἔλεγε θεόφραστος. Οὐδ' Ὀδύσσεια δὲ ἔκρινεν ἄλλα κρινόμενα Ὀδύσει, ὅπως δὲ ἢ φύσις ἢ γυμνασιαρ τῆ κριση προεῖποιον δ' ἰδωσιν, οὐδὲ ἀνομιλίαι τὸν θεοῦ δὸς μῦθον τὸν ὄλων μὲν ἱμνον, ἄλλα συνηγγύηκε τῷ ἀρχῶν τῶν ἄλλων, ῥῖνδ' ἴον μου πῶδ' ἰον σῖσαι ἢ φαυροτέρους, ἄλλ' ἔπει χάρις ἀνδρῶν ἰσοῦ δ' ἠνασάδες, id est: Alienos enim, quę admodum ait Theophrastus, nō oportet amare iudicare, sed amare postea quā iudicaris. Siquidē ubi natura ipsa dux est ad beneuolentiā præcedens iudicium, neq; expectans illi uulgo celebratum salis modium, quippe que amicitie seminariū infenerit, ibi non oportet acerbos et exquisitos effectorum expensores. Meminit huius paræmie et M. Tul. in sermone de amicitia: Vtrum illud est quod uulgo dicitur: Multos modios salis simul edendum esse, ut amicitie munus expletū sit. Huc pertinet illud quoq; Sophoclis in Oedipo: τῆρον δ' ἰσῶρον ἄνδρα δ' εἰκονισμὸν μόνον κακόν δὲ κερ σὺ γῆρας γνοίης μόνον. id est,

Mora temporis probum arguit tantum uirum.
 At improbum uel inuicū agnosces dic.

Huc pertinet etiam ille senarius prouerbialis: ἦδρος δὲ θάσσωός ἔστιν ἀνδρῶσπος ῥόδιος. id est: Nota morum et index temporis est mortalibus. Idem admonet illud epicharmi: Νῆφτε καὶ μέμνησθε ὄπισθεσσι. id est, Sobrius sis, ac memineris nemini considerare.

Illud item Euaripidis, in Helena: Σάφρονος δ' ἄσπιστος οὐκ ἔστιν οὐδὲρ γυμνασώτερος θεοστίς. id est, Prudentia diffidentia, Haud alia res utilior est mortalibus. Inuenio citatum mutilatum ad hunc modum: Ἀλλῶν μὲν ἱμνον ἄποφαγόν, id est: Modum salis postquā ederes.

Quo quidē licetibi uti, si dicas: Vide qd agas, qui tua arcana credas isti, nō dum ἔδωκ' μὲν ἱμνον ἄποφαγόν. Aut fiet Τῷ δὲ μὴ ἴσθ' ἰσθ' ἔδωκ' μὲν ἱμνον ἄποφαγόν. Est autē iambicus dimeter, ex poetā quocūpiam, sicuti cōiūctio, sumptus.

Leporem non edit. xv
 Antiquitus superstitiose creditū est, esu leporine pulpre conciliari formam. Vnde extat iocus Martialis in Gelliam, que misso lepore, addebat ex uulgata opinione ad munitis commendationem:

Formosus septem Marce diebus eris. Id poeta in ipsam torquens, que deformis esum. Si me non fallis, inquit, ut uerum lux mea dicis. E dicit nunquam Gellia tu leporem.

Comentarij idem in uia Alexandri imperatoris Romani, qui cum forma esset conspicua, ac leporinas carnes quotidie estaret, poeta quidā Grecis uersibus in eū iocatus est, quom hic erat sensus, uis ipsam epigrāma nō est adscriptum, nō mirū uideri oportere, quod formosus esset Imperator, cū quotidianus cibus esset lepus: de quo qui cecit, is septē postea diebus formosus fore uulgo crederetur. Est autē et piscis lepus

Formosus septem Marce diebus eris.
 Id poeta in ipsam torquens, que deformis esum.
 Si me non fallis, inquit, ut uerum lux mea dicis.
 E dicit nunquam Gellia tu leporem.
 Comentarij idem in uia Alexandri imperatoris Romani,
 qui cum forma esset conspicua, ac leporinas carnes quotidie
 estaret, poeta quidā Grecis uersibus in eū iocatus est, quom
 hic erat sensus, uis ipsam epigrāma nō est adscriptum,
 nō mirū uideri oportere, quod formosus esset Imperator, cū
 quotidianus cibus esset lepus: de quo qui cecit, is septē postea
 diebus formosus fore uulgo crederetur. Est autē et piscis
 lepus

lepus appellatus, qui venenū habet immedicabile, si quis imprudens ederit. In Indico mari etiā cōtactu necat hominem, autore Plinio. Lenta tibi cōsumit. Matū hac deprehenditur nota, quod piscem olent, qui ederint. Huic homo vicissim pestilens est, cuius cōtactu protinus emoritur. Hoc cibis admixto, multis sustulit Domitianus, eodem Titum fratrem suū studiisse credunt, ut autor est Philostratus in Apollonij vita. Proinde in hos qui contabescunt, nec ulla medicorū opē possunt restituī, dici poterit, Edidit leporem marinum.

Plena manu. XVI

Plena manu, pro eo quod est, ampliter, copiose, prolixè, minimèq; maligne. Translatū ab ips, qui nō miramur et parcedo, sed plena manu largiuntur. Cicero ad Atticum libro secundo: At hercle, alter familiaris tuus Horatius, quam plena manu, quam ornate nostras laudes in asira sustulit. Seneca in declamationibus: Liber aliter hodie, et plena manu faciam. Idem in ludico quod scripsit in Claudium Cæsarem: At Laebestis, que et ipsa homini formosissimo fauere, fecit illud plena manu, et Neroni multos amos donat. Fit lepidius, quo magis ad animas transfertur.

Sine riuale diligere. XVII

Sine riuale diligere dicitur, qui stulte miratur, quod nemo alius concupiscat. Veluti sima catulos suos et miratur, et amplectitur, et indocti potest suas nugæ soli diligit. Sūpta est allegoria ab amātibz, quibus est amica deformis, et quam alius nemo uelit. Extat adagū in epistolis Anthonianis. M. Tullius ad Atticū lib. 5. Huius nebulonis oratione si Brutus moueri potest, licetbit cū solus ames, me amulū non habe bis. Item libro ad Qu, fratrem tertio: O dij, quam ineptus, quam se ipse amans, sine riuale. Horatius in arte poetica: Nullum ultra uerbum, aut operam sumebat inanam, Quin sine riuale, teq; et tua solus amares.

Pedibus trahere. XVIII

Pedibus trahere, est rem pro suo arbitratu uersare. M. Tullius ad Atticū libro quarto: Non recordor unde ceciderim, sed unde sur exerim. Fratrem meū et te si habeo, per me pedibus ista trahuntur. Idem libro septimo epistolā familiarium: Nam de iudicijs quod querimus, multo labore minus, trahuntur per me pedibus omnes rei. Metaphora ducta uideri potest: uel à Vulcano illo Homerico, quem Iupiter ut longe uiribus prestantior, pedibus tractum è cælo deiecit, quemadmodum istatur ille:

Πῆδε ποδὸς τεταγῶν ἀπὸ βλάθης θεωσσίοιο. id est, Protractum pedibus supero deiecit Olympo.

Vel ab eisdem Hectorē, cui uictor Achilles libro Iliados utgesimo secundo:

Ἀμορπότερων μετόπιθε ποδῶν τέρπειν τένοντε Εἰς σφαιρὸν ἐκ πῆξιν, ἕθερος δὲ δὴ πῆξιν ἰμάντας Εἰς δὲ σφαιροῖο δὲ ἑστὸς κάρκιν δὲ ἑλκεδῶν ἑσπερ. id est:

Quā post ambo pedes calcaneus inus adheret Talo, transfolio neruis, ac bubula lora

Inseruit, corpus de carni deligat alto,

Pendulum at interea trahitur caput.

Trahitur ad eūdem modum et Cacus apud Maronem libro octauo, ab Hercule uictore:

Pedibusq; infirme cadauer Protrahitur.

Iuuenalis Satyra quinta:

Ducēris planta uelut iūctus ab Hercule Cacus, Et ponere foras, si quid tentaueris unquam Hiscere.

Naribus trahere. XIX

Τῆς ῥινὸς ἑλκεδῶν, id est: Nare trahi, est citra iudicij,

alio arbitratu quoniam adduci. Metaphora mutuo sumpta à bubalis animātibus, qui auido in summā narē inserto circūdūcuntur, nō aliter quam equi freno. Quāquā et equus lignū aut ferrū, dentatum in nares inseritur, aut etiā in morsum, ad cohibendā eorū frociā. Id instrumentū Pessonim appellatum indicat Nonius. Lucianus in dialogo quodā Iunonis et Iouis, Ἐὶ μὲν ἡγῆ πᾶν οὐτὸς γὰρ δεασοπῆς ὄψι, καὶ ἄρα σὲ ἡγῆ φέρει φῖ. ῥινὸς φασιν ἑλκεσθαι. id est: Iste quidē modis omnibus tibi dominatur, ductiq; te, et circumagit, ipsa, quod dici solet, nare trahens. Idem in Hieroclyo, οὐδὲν κωλύει σὲ φῖ ῥινὸς ἑλκεδῶν ἢ φὸ ἐκασωρ, id est: Nihil obstitit, quo minus à quibusvis nare traharis.

Barbarus ex tritūo. XX

Βαρβάρῳ ἐκ τριτῶ εἰ, id est: Barbarus ex tritūo. In hominē dicebatur extreme humiliatū, ac prorfum nullius precij, perinde quasi dicas, externū ac uile trerūū alitūde è tritūis emptum, nō dono datū, aut domi natū. Lucianus in eū, à quo fuerat Prometheus appellatus, οἶος ἐκ τριτῶ εἰ εὐσεβείας τινὸς ἄρα μίκομ, id est: Quis penē barbarus quis piam è tritūo. Quāquā quidā hoc loco legunt nō barbarus, sed εὐσεβῶς ἐκ τριτῶ εἰ, id est: Cœnum è tritūo, quod lectio sola probanda est, meā quidem sententia, propterea quod eo loco de luto fiat mentio, non de barbaro quopiam.

Rara auis. XXI

Rara auis, prouerbū dicebatur res quæuis noua, et inuentu per rara. Persius:

Si forte quid aptius exit, Quando hæc rara auis est: Iuuenalis:

Rara auis in terris, nigrosq; simulilla Cyeno. Idem: Coruo quoq; rarior albo.

Quin et Phœnicis raritas in prouerbū abiit. Diuisa allegoria ab auibus peregrinis et inuisitatis, que nonnunquam casu in nostram regionē deuolant, uel miraculi gratia deportantur.

Vnde illud sæpius iteratum apud Aristophanem: Τῆς ὄσιν ὄρνιθς οὐτοσῖ; id est:

Quæ est hæc auis? De hospite et ignoto.

Succifua opera. XXII

Succifuis operis fieri dicitur, quod à horis quibusdā quasi fortius agitur, ubi iam ordinarijs ac legitimis officijs perfusū est sanus. Metaphora traducta à mercenarijs aut seruis, qui præter pactas operas quas debent, extra iustas illas horas nō nihil etiam operantur sibi, quod cedit in pecudium. M. Tullius libro de oratore secūdo: Quæ ego sero, quæ cursum arripui, quæ succifuis opis, ut aiunt, iste à puero, summo studio, summis doctoribus. Plinius in præfatione historie mundi: Et occupati officijs, succifuis temporibus ista curamus, id est, nocturnis. Itaq; quod obiter atq; aliud agentes curamus, id opera succifue tribuitur. Græci simiā penē figura πάρεργον appellant. Agathon apud Athenæum:

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποῖδ᾽ ἐλεῖα, Τὸ δὲ ἔργον ὡς πάρεργον, ἐκαστονὸς μελέα.

Quorum carminum, quadoquidē uerti cōmodo nō possunt, hæc est sententia: quod obiter faciundum erat ei principalem operā impendimus, quod principalis est operæ, id obiter curamus. Legimus etiā φῖ εἰς τὰ πάρεργον, quod à proposito sit paulo alienius, et τῆς ῥινὸς, quod nos ferē obiter, aut negligenter uertimus. Diuus Hieronymus in epist. quadā: Cum hoc furtiuū, ut aiunt, operis ad lucernulam uelox notarij manus me dicātē signaret. Fortius uocat, quod illi succifuis.

Compressis manibus. XXIII

Compressis sedere manibus, dicitur in ociosos, et nihil aliud

aliud quam sua fata deplorantes. Titus Livius lib. vij. Com-
preſſis, quod aiunt, manibus ſeceras. Extat et in Hebræorū
proverbijs: Pannulum conferes manus, in ignaui, figura ſum-
pta à geſtu ſollicitorum quidem, ſed inertiū tamen.

Ioca ſeriæque.

XXVIII

Quoties omnia noſtra cum aliquo communicamus, cum
eo ioca ſeriæque conſerre dicimur. M. Tullius libro de ſinibus
bonorum ſecundo: At qui cum ioca ſeriæque, ut dicitur, qui
cum arcana, qui cum occulta omnia? T cum optime, deinde
etiã cum mediocri amico. Donatus in Adelpbos, huiusmo-
di ſerme figuræ omnes que conſtant ex contrarijs, prouer-
biales exiſtimat. Quod genus ſunt: Fandã infanã: quo iare
quæque inturia: facta atque inſectã: digna atque indigna: factę
ne factę: clamę: palamę: terrę: marię: noctęque dięque: in-
uenięque ſenęque: neque in minimo neque in maximo: neque deos
neque homines ueretur: uocatur atque innocatur: re ſalua et
perdita: atque alia huius generis innumerabilia, de quibus
meminimus et in initio operis.

Ea tela textitur.

XXV

Proterbialis allegoria, ea tela textitur, pro eo quod eſt,
eiusmodi negotium in manibus eſt, et res inceptantur tales.
Traſſatio ſumpta à textoribus tela inſtituitibus. M. Tullius
in extremo de oratore libro. Quanquã ea tela textitur, et ea
incitatur in ciuitate ratio uiuendi, ac poſteritati oſtenditur,
ut corū ciuium, quos noſtri patres nō tulerūt, ſimiles habere
cupiamus. Plautus dixit exorari telam, pro incipere nego-
cium: Exorsa eſt hæc tela non omnino poſſime mihi.

Multas amicitias ſilentii diremit.

XXVI

πολλὰς φιλίας ἀνεργασίας διέλυσε, id eſt: Mula-
tas amicitias ſilentii diremit. Admonet adagium, aſiduo cō-
uictu, ac frequētibz alloquijs neceſſitudines ali, intermiſſio-
ne et absentia diſſolui. Meminit huius Ariftoteles libro mo-
raliũ octauo. Εὐρὸς δὲ ῥόνη, ἢ ἀπορία ῥῆσιν, καὶ ἐν
φιλίᾳ δὲ οὐκ ἢ ἀπορία γίνετο ποῖον, ὅθεν ἐκέρται
πολλὰς δὲ φιλίας ἀνεργασίας διέλυσε, id eſt: Quod
ſi diuturna fuerit absentia, uidetur et neceſſitudinis obliuio-
nem adferre, unde dictum eſt illud, multas amicitias ſilentii
diremit. Figuratiu, atque ob id iſpulum elegimus eſt illud Ala-
phij faxnatoris dictum apud Columellam: Bona nomina
nonnquam mala fieri, ſi nunquam interpelles. Ille nomina,
iure cōſultorum more, debitores uocat, et interpellare, ſub-
inde creditum repoſcere. Vox autē Græca ἀνεργασία,
nō ita cōmode reddi Latine poſſent: neque enim ſimpliciter ſi-
gnificat ſilentium, ſed illud ſilentium, cum quis nō appellat,
ac ſalutat amici. Porro ſίλωσε legas pro διέλυσε, uer-
ſus fuerit Iambicus trimeter.

Ad pileum uocare.

XXVII

Ad pileum uocare, pro eo quod eſt, ad libertatē imitare,
aut promiſſis ingentibus ſeditionē cōmouere. prouerbiali ſi-
gna dixit Macrobius libro Saturnaliũ primo: Dicit aliquis
nunc me dominos de ſiſtigio ſuo deſicere, et quodãmo do ad
pileum ſeruos uocare. Atque hæc quoque uerba ſublegit à Sene-
ca, quã epistoła quadrageſimaſeptima ſcribit in hunc modũ:
Dicat nunc me uocare ad pileum ſeruos, et dominos de ſiſti-
gio ſuo deſicere. Metaphora ducta à ueterum conſuetudine,
qua ſerui cum ſtatum mutarent, ac manu interrentur, capite
raſo pileũ accipiebant. Vnde eſt in Amphitryone Plautina,
ſub perſona Soſie ſerui libertatem optantis. Quid ille faciat
Iuppiter, ut ego hodie raſo capite caluus capiam pileũ. Huc
peruenit quod Plutarchus reſert in apophthegmatis Scipio-
nis, qui non prius ſuſtinuit agere cum Carthaginiſibus de

pace, quã L. Terentium quod captiuũ habebat ad ſeſe re-
duccrent. Terentius autē Scipionē triumphãntem ſubſequutus
eſt pileatus, ueluti liberatus. Item quod ibidem reſertur de
T. Quintio, quẽ in triumpho ſubſequuti ſunt pileati omnes
Romani, quos in bello captos et apud Græcos ſeruitutes
drachmis quingenis redemptos ipſi dono dederant. Martia-
lis libro Epigramatum ſecundo ad Olam:
T otis pilea ſarcinis redem.

Hoc eſt: Rebus omnibus relictis cōtempſiſque, pepererit mili-
tarem. Etenim qui poteſt nihil habere, ſi nulli ſeruire cog-
nitor, eię liberã eſt ſuo more uiuere. Atque ideo ſubiicit:
Seruum ſi potes Ole non habere.
Et regem potes Ole non habere. Perſius.

Hanc nobis pilea donant.

Suetonius in Tiberio: Seruięque ad pileum ſuſtra uocatis, in
Siciliam proſugit. Idem in Nerone: Obijt trigefimo ſecundo
etatis anno, die quo quondam Oſtium interemerat. T an-
tumęque gaudium publice prebuit, ut plebs pileata tota urbe di-
ſcurreret, nimirum hoc indicio addit an ſibi libertatem ſigni-
ficans. Seruius in Aeneidos octauum, reſert Febronian ſeruo-
rum deam haberi, in cuius templo capite raſo ſoliti ſunt pileũ
accipere. Videtur autem pileum priſcis inſigne fuiſſe uirtu-
tis ſpeciatę, ut hinc fluxerit mos, ut qui magiſtri, doctorięque
titulo decorantur, pileum accipiant. Aulus Gellius noſtrum
Atticariũ, vij. cap. iij. ſcribit, ſeruos eos uenire ſolios pilea-
tos, quorum nomine uidentur nihil præſtare. Eius rei Cæ-
lius Sabinus iurecōſultus hanc fuiſſe cauſam ſcripſit, quod
eiusmodi cōditionis mancipia inſignia eſſe in uendendo de-
berent, ut emptores errare et capinō poſſent, neque lex uen-
dandi operienda eſſet, ſed oculis iam perciperent, quod nam
eſſet mancipiorum genus.

Eiusdem muſæ armulus.

XXVIII

Eiusdem artis aut diſcipline ſtudioſi, eiusdem muſæ armuli
dicuntur. V. J. parat apud Aulum Gellium prouerbijs nice.
Græci ἐμορφῶνος appellant eiusdem artis opifices.

Lolio uicitant.

XXIX

Aenigmatæ prouerbiali lolio uicitare dicitur luſcioſi et
excucientes, quos Græci, teſte Nonio, Myopes uocant. Plau-
tus in Militæ: Mirum eſt lolio uicitare te, tam uili tritico.
Quid iam? Quia luſcioſus. Verbero, æd pol tu quid cæcus
hauit luſcioſus. Lolii autē Plinius inter frugum pedes cōme-
morat, unã cū carduis ac tribulis. Vergilius in Bucolicis:
Inſelix lolium et ſteriles dominantur auene.

Item Georgicis libro primo:

Mox et frumentis labor additus, ut mala culmos
Eſſet rubigo, ſegnusque horreret in aruis
Carduus, intereunt ſeges, ſubit aſpera ſylua
Lappęque, tribulique, interque nitentia culta
Inſelix lolium et ſteriles dominantur auene.
Inſt autem lolio peculiere quoddam malum, ut oculis calig-
inem inducat, id quod indicat Ouidius libro Faſtorum pri-
mo, cum ait:

Et careant lolijs oculis uitiantibus agri.

Hinc nimirum iocus prouerbialis.

Intus canere. Et Aſpendius
citharcedus.

XXX

Qui priuati commodi impendio ſtudioſi eſſent, ac ſer-
uic quicquid rerum agerent, id omne ad domeſticam reſerrent
utilitatē, et prouerbio intus canere, iſdem apud Græcos
ἄπεινδον αἰθαρεῖται, id eſt, Aſpendij cithariſte diceban-
tur. M. Tullius in Verre actione tertia: Atque etiã Aſpendium
cithariſtam,

citharistam, de quo sepe audistis, id quod est Grecis in pro-
 uerbio, quæ omnia intus canere dicebat, sustulit, et in intimis
 ædibus suis posuit, ut etiã illum ipsam artificio suo superasse
 uideatur. Facetissime taxauit Cicerio Verrius sapientiam, qui
 intus canentem in intimis ædibus collocauit, hoc est, plus quam
 intus cecinerit. Idem in Rullũ aduersus legẽ agrariã: Atq; hoc
 carmẽ bic tribunus plebis, nõ uobis, sed tibi intus canit. Nam
 Olenadi Tullius in ea oratione, legẽ tunc est popularis uide-
 retur, haud tamẽ populi, sed decemurium utilitatĩ reperitam.
 Porro de Aspendio citharocedus, Aconius Pædianus ad hanc
 formẽ sententiam enarrat: Vulgares citharacidi cum canunt,
 utriusq; manus funguntur officio, ita ut dextra plestrũ teneat,
 id quod fors canere appellant: sinistra digitis chordas car-
 pant, quod quidẽ intus canere uocant. Difficile aut usum est,
 quod Aspendius citharocedus faciebat, qui nequaquã utraque
 uteretur manu, sed omnia, id est, totã cantionẽ intus et sinis-
 tra tantũ manu cõpleteretur: atq; ita tæcio, leniq; modula-
 tione sinistra cõtactus chordis, cantilena peragebatur, ut uox
 ad citharocedũ diuicatur, aut proxime assistentem perueniret.
 Hinc fuisse prouerbiũ, ut furaces homines Aspendij cithar-
 oicistæ Grecis uulgo dicerentur, quod ut hic carminis, ita illi
 furoris essent occultatores. Fatetur Aconius adagionẽ etiã:
 in illos apte dici, qui multum intestinis suis cõmodis consue-
 runt, preter honestatem. Neq; discrepat interpretamentum,
 quod adfert Zenodotus ex Zenone Myndio in adagionum
 collectionibus. Porro Aspendij Pamphylie ciuitas est, autore
 Stephano: unde Aspendij dicebantur, apud quos citharacidi
 hoc artificio præcelluisse uidentur. Ad hoc prouerbiũ quæ-
 sare alluissse Plinium lib. uigesimo octauo, cap. quinto, cum
 ait: Verum id remedijs cecinit, non epulis.

In lapicidinis.

xxxix

Eius λατομιας, id est, in lapicidinis. Simillimũ est illis:
 Εξ κόρυμβας, et Εξ τῆς μακαριæ, cũ significamus quæ-
 siã in medio tollendũ, et in re mala aliquo aufrendũ. Natũ
 a Philoxeno poeta dithyrabico, qui cũ Dionysij tyranni poe-
 mata nõ probaret, ut pote indoctũ, in lapicidinis ab eo detru-
 sũ est: deinde reuocata illius amicosũ precibus, uobis denũ
 Dionysij sua carmina pronũciatẽ audisset, surrexit: et ro-
 gatus a Dionysio, quid esset rei, respondit, satius ac potius
 esse i lapicidinis uitã degere, quam illius audire poëmata. M.
 Tullius in epistolis, Philoxeni amicum probat, qui maluerit in
 ercerẽ reduci, quam assentiri tyranni. Lucianus in libello,
 cui titulus: De mercede scriuitibus: Εὐ δ' οὐδὲν ἐὼν μαθήσει
 νῆς, εἰς τὰς λιδοτομίας τὰς διονυσίους εὐδὲν ἀδείη. id
 est, Quod nisi tu laudes, protinus i Dionysij lapicidinis rele-
 gaberis. Plautus in Captiui duo: Inde ibis porro in latomias
 lapidarias.

Equifenectia.

xxxix

Ἐπιπνο γῆρας, id est, Equifenectia. Proverbiũ in eos dici
 solitũ, q; præclaris rebus gestis i uicinis, postea quam cõseuer-
 rint, ad fordidas curas semet abijciunt. Allegoria sumpta a ge-
 nerosis equis, qui senio facti legnes, in pistrinũ, aut carũ, aut
 aliud id genus opus detruuntur, olim i pretio habiti, diũ uiri-
 bus integris essent. Plutarchus in libello, cui titulus, An seni sit
 administranda Resp. Οὐ πωνότασσαν ὁ δῆος τῶτο διὰ το
 καλῆς μονομαχίας γῆρας ἐπαγούς, μηδὲνος ἀναγκά
 ζουσι. id est, An nõ is plane uidebitur equifenectia, quẽdamo-
 diũ uulgo uocãt, accersere, nemine cõpellit: Cũ hoc cõuenit
 Emilianũ illud, quod refertur a Cicerone in Catone Maiore:
 Sicut fortis equus spacio qui forte supremo
 uiciti Olympiã, nunc senio confectus quiescit.

Si tibi amicum, nec mihi inimicum.

xxxix

Plato in Theaeteto: Ἀλλ' εἰ ὄντως εἰς θεοδωρῆς σοι
 ἐχθρὸς, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρὸς φασιν οἱ πρῶτοι μαθηταὶ. id
 est, Si illud tibi ancipi Theodore, nec mihi est inimici: quæ ad
 modũ prouerbio dicunt. Hoc est, si tibi res placet, mihi nõ di-
 ssplicet. Captata est autem in figura uocum pugnatia: deinde
 τὸ ἐμὸν θεοδωρὸν οὐδὲν ἢ ἐχθρῶς, quorũ utriusq; a persons
 ad res detorquetur: quãquã ad personas relata sunt usitatio
 ra. Vfus erit quoties aliene obsequimur uoluntati.

Rana Gyryna sapientior.

xxxix

Plato in Theaeteto: Ὁ δὲ κριεὶς μῦθος ἀπὲρ ἰσώτερ ὀνόματι
 ἐδαυμάζομαι ἐπὶ σοφίᾳ, ὅτι ἅσα ἐτύχησεν ὦν εἰς
 ὄφρονται οὐδὲρ βελτίων βουτῶν γυγίει. id est, Nos
 illũ tanquam deum ob sapientiã admirabamur. At ille nihil
 magis antecellebat prudentiã, quam rana Gyryna. Sumptum
 est adagium ab informi partu ranarũ, quem Greci γυγίειας
 uocãt, a figura corporis in gyrum orbiculati, quo fit uĩ mira
 celeritate se quo uelit, uolũt, uersens: quẽmadmodum tes-
 tatur quifuis is fuit, qui scripsit E tymologicon Græcarum
 dictionum. Meminit gyrimorum et Hesychius. Suidas etiã
 Aristophanis adducit testimonium
 Οἶον πατέρας βοῶσι γυγίμων. id est,
 Quẽmadmodum patres clamant gyrimorum.

Nec ab his abhorret, quæ tradit Plinius lib. 9. cap. 51. Ra-
 ne, inquit, superueniunt prioribus pedibus, alas scemine, me-
 re apprehedente, posterioribus clunes. Partũ minims care-
 nes migras, quas gyrimos uocãt, oculis tantum et cauda insi-
 gens: mox pedes figuratur eadem findente se in posteriorẽs.
 Mirumq; semestri uita re soluantur in limum, nullo cernente,
 et rursum uernis aqua resuscitantur, quæ fieri nate perinde
 occulta ratione cũ omnibus animis id eueniat. Hactenus Plinij
 uerba recensimus. Porro cum Rana tribuitur loquacitas, et
 quæ stoliditatis solet esse comes, minimũ mentis inesse opor-
 tet gyrynis, quos uix deprehendat animal esse, nisi mouere-
 tur. Vi autẽ hunc locũ diligentius expendere. Hieronymus
 Aleander, uir nõ tantum literis clarus, nobisq; ueterẽ neces-
 situdine uictus, in causa fuit, ille uersus quo indicauit Caelio
 Calcagnino trãscribit. Nos neutrum uolumus sua laude fra-
 ctum esse. Neque enim unquam tu iuueniliter fũmus asse-
 ditũ, ut nobis placuerit conuicta Aesopica.

In puteo confictus.

xxxix

Plato in Theaeteto: Τὶ δὲ χῆνος ἀφύκτωρ ἐρωτῆμαλὶ το
 λεγόμενον, οὐ φρεσὶ τὰς σφραγίδων ἐστὶ. id est, Cur enim utri-
 us inexplcabili questione, in puteo, quẽmadmodũ aiunt, con-
 ficitur? Quædrabit in eos, qui in angustias esse redacti sunt,
 ut extricare se nullo modo possint. Nos admodum ablutit
 ab illo: ὃν φρεσὶ κωρομαχῆμ, id est, In puteo cum cane
 pugrare. Item illud: Canterium in fossã.

In eadem anfas uenisti.

xxxix

Plato in Phædro: Περὶ τῶτος μοῦν δὲ θελῶ εἰς τὰς δε-
 μοίας λαβῆς ἐλάυθας. id est, Quamtu ad illã perti-
 net, amice, in easdẽ anfas uenisti, id est, nihilominus teneris,
 nec potes effugere, quin dicas. Idẽ Aristides in cõmuni qua-
 tuor oratorũ defensione: Ὡς εἰχρῆ ἄμ παλάμῃ οὐ καλαῖ-
 κλῆς εἰς αὐτὰς λαβῆς ἐπὼν ἐδῶμ, id est, Inq; Callicli
 erat i easdẽ anfas recididũ. Quædrat i cũ qui sic irretitus est,
 ut quocũq; se uertat, teneatur: nec explicare se possit. Huic
 simillimũ est, qd̄ scribit Lucianus in Hermotimo: Οἰόμενος
 εἶς ἐκποφύρουεντες εἰς τὴν αὐτὴν κἀποτὴν μετῆν ἰκασ-
 εἶδ̄, Nã arbitratus effugisse te, in eandẽ nassam incidisti.

non: sine, ut alicubi legitur, Achmon. Hos mater nomine Sen nonis, ubi uideret atrocita facinora passim patrans, iussit ea uere, ne quando in Melampy quicquid eēt. Euenit deinde, ut Hercules aliquādo sub arbore cadaver dormiret, armis in eandē reclinatis. Accesserūt Cercopes sine Perperi fratres: utrunq; enim scriptum inueniunt, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. Ille protinus sensit insidias, & correptos ac uinctos de claua à tergo suspendit leporum ritu, atq; ad eū modū gestabat. Illi pendentes capitibus deorsum demissis cū Herculis posticum nigris pilis horridū atq; hispidum uiderēt, materni moniti memores, super hac re inter sese confabulabantur. Quod simul ac audiisset Hercules, hoc cognomine delectatus, & in risum effusus, eos uinctos solutos dimisit. Nota hanc historiam Plutarchus in libello de discrimine amici & adulatoris, cum ait Hercule Cercopibus fuisse delectatum. Meminit et Achrotus in septimo de loco, dicto lapide Melampygo, & Cercopum fide. Quo sanē loco Lapsus est insigniter Laurentius Valla: quādo fabulā hanc aut nesciuit, aut certe non meminit. Plutarchus in libello de puerorum educatione refert & hoc inter Pythagorica ænigmata: μή γυνώσκω τί μιν δουλεύει. id est, Non gignit, quæ nigra sint cauda. Atque hoc in modum interpretatur, abstinentiam à cōiūctis mortalium atroxum, & improborum: quamquam hoc à proberio diuersum.

Nocturnum ouum, XLVIII

Γλαυκῆρον ὄον, id est, Nocturnū ouum. Refertur à Nicoloan Ferotto in Copie cornu prouerbij loco, nec explicatur talen. Formisē antiquitus abstinentium, & à uino abhorrentē hoc adagio significabant. Philostratus enim in uita Apollonij, libro tertio, de ouo noctuæ, rem oppido quāto prodigiosam refert. Itaq; satius est ipsius referre uerba: τὴν γλαυκῆρον, inquit, οὖν ἐπιφύλαξαι οὐ νεφεύει, ὅτι τὰ ὠάσασα σκωτὰ δ' οὐδὲν μασάσκει τῷ βρέφει, συμμικτῆρας ἔλαιου τὰς εἰ γούρ βρώσεναι αὐ τὸ τῶν πτην ὄντων γυνώσκω, μή τι πρὸς τῶν οἴνων αὐτῷ ἐμφυσιόται, καὶ σφοδρὸν ἴσαστα δ' ἰακείσεται. id est, Obseruandum ubi loci nudaletur noctuā: deinde oua subducere oportebit, eaq; mediocriter cocta infanti mādida dare. Quod si quid ex his ederit, prius quā de gustarit uinum, infretur illi uini odium, adco ut in omnē uitam quāmaxime sobrius sit futurus. Aelianus libro de naturis animalium primo, fabulam refert, paulo magis etiā quā hęc est, anilem. Eam quoq; presertiter ipsius autoris recensere uerbis: οἱ πελαγοῖοι λυμμονομίνας αὐτῶν τὰ ὠά νυκτεῖας ἀμωνοῦται πᾶν σφάσι, αἱ μὲν προσφύζονται ἀνεμίαια ἐργάζονται τὰ γινόμενά. Οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῶν φασμακῶν, ἐκείνο δ' ἐστὶν πελαγῶν φύλαξ ἀπεφύγει τὰς καλίας, αἱ δὲ νυκτεῖες ἔσται αὐτοῖς γατριώσωνι, βακῶσι καὶ γινόμεναι λυπερῶ ἀλώκωσι. id est, Ciconæ noctuas, oua sua perdere solitas arcent miro ingenio. Nam he contactu reddunt ea subuēta nec, steriliāq;. Remediū igitur aduersus hęc illud adhibent, Platani frondes in nitū conuectunt, quas noctuæ postea quā contigerint torpescunt, ita ut iam nocere non queant. Hactenus Aelianus. Sunt qui negēt nocturnū ouum inueniri. Pro uerbium itaque quadrabit uel in hominem nihil, nulliusq; frugis, iuxta fabulamentum Aelianū, uel in rem raram inuentū, iuxta horum sententiam.

Amazonum cantilena, XLV

Ἀμαζόνων ὄσμα, id est, Amazonū cantilena, in delicatōs ac lasciuos & paruos. Philostratus in Apollonij uita, libro quarto: Μεγάκιον ἦ ἄριστον οὗτως ἀσελγέος νομί-

ζομῶσιν, ὡς γενέσθαι ποτὶ ὅτι ἄμαζόνων ὄσμα, id est, Adulescens de numero mollium usque adeo lasciuus habitus, ut aliquando Amazonum quoque fuerit cantio. Quid autē sibi uelit Amazonum cantio, fateor mihi nondum satis comperit apud idoneos autores. Nisi si cui placeat, ut accipiamus, Amazones ludibrij causa in molles uiros cantilenas solere celebrare. Quod si fas sit mutare scripturam, mihi nequaquam displicet, ut pro ἀμαζόνων μαζόνων legamus. Sic enim appellat lancis genis prægrāde, quo cibi infertur in conuiuium. Mos autem erat antiquitus, ut epule lautiores tibicine præcedente infertur: ut acciperent.

Horatius in extrema satyra:

Maxonimo pueri magno discreta ferentes Mēbra grūis. Verum hoc inter meum est somnium, donec ab eruditus certius aliquid profertur. Quod sanē desperandum non est, indices in lucē emergentibus nouis autoribus. Quum hæc iam quartum essent edita prodijt opus Celij Rodigini, qui tradit sibi uideri prouerbium hoc non de fecunus Amazonum, sed in genere de tenabus dici. Hoc cōmitti cum sit insigniter frigidum, quāto ipse ueracundius, qui me profissus sum nescire quod nesciebam.

Tantali horti, XLVI

τῶν τάλων κῆποι, id est, Tanti horti. De bonis, quibus tamen frū nō liceat: aut de ijs, quæ uideatū aliquid esse cum nihil sit. Philostratus in uita Apollonij, libro quarto: τοῖς τῶν τάλων κῆποι κίττος εἶδτε ὡς ἄντες οὐκ εἶσι. id est, Tanti horti uidetis, inquit, esse cum nō sint. Nota est fabula de Tantiō apud inferos ad aquam flante, deq; pomis in caput imminentibus, cum sitiens interm atque esuriēs nentra possit contingere.

Res sacra consultor, XLVII

Σμβολαῖα ἱερῶν χῆμα, id est, Consultor res sacra. Zenodotus ex Epicharmo refert. Senfus est ad religionē, plurimum utilitatis adferre, bene cōsulentem, aut religiose prædicandum cōsiliū ijs, quibus est opus. Plato in Theage: Ἀλλὰ μὲν δὲ ὁ δὲ θεοδόκος οὐκ λέγεται γὰρ σμβολοῦν ἱερῶν χῆμα εἶναι. id est, Quin illud etiam dicitur Democoro, consultorem rem esse sacram. Effertur & ad hunc modum: ἱερῶν ἢ σμβολαῖα. id est, Res sacra cōsiliū. Exiat inter Græcas sententias hic Senarius: ἱερῶν ἀλυσιῶς ἔστιν ἢ σμβολαῖα. id est, Res est profectio sacra cōsultatio.

Ante mysteria discedere, XLVIII

Ἀπένειν πρὸ τῶν μυστηρίων, id est, Ante mysteria discedere, est re nōdū absolutū subducere sese. Sumpta metaphora à sacris, in quibus profani iubebantur abire, cum iam essent peragrata mysteria, inuitia manebāt. Plato in Menone: Εἰ μὴ ὡσπερ χεῖρ ἔλεγε, ἀναγνώσθαι σοὶ ἄπειν πρὸ τῶν μυστηρίων, εἰ πῦρ μείνειν εἰ καὶ μὴ κείνη. id est, Nisi quemadmodum heri dicebas tibi fuerat ante mysteria discendum: uerum si & permaneat, & mysteriorū particeps fias, & cætera que sequuntur.

Ex uno multa facere, XLIX

Ἐξ ἑνὸς πολλαῖ ποιεῖν, id est, Ex uno multa facere, prouerbio dicebatur, quæ re quāpiā mutum scēbat. Quadrabit in eos, qui id alijs atq; alijs modis uariāt: ut non iam unū, sed plura uideatū. Plato in Menone: καὶ πᾶν πολλαῖ ποιεῖν ἐκ τῶν ἑνῶν, ὅπως φασὶ τὸν εὐσυνετημένον ὁ καὶ σοφὸς οἱ σὺσῆποντες. id est, Ac parce ex uno plura facere, quo dicto taxant eos, qui rem quamplurimam uidecōij cōmittunt. Narratur apud Titum Lidiū bellū Mæcedonicū lib. v. non illepida

illepida fabula, de capone quodā, qui suis unius carnes tam uario coctas apparatu proponebat: ut dux Romanus admiratus, rogaret, unde nā media bruma, suppeteret tanta uenatus copia. Tum aridus capuo, cōfessus est, et as omnes ciborum species, ex uno suo domestico coctas fuisse. Neq; secus isti faciunt, inquit, qui cōmemorandis uarijs q; horrendis nominibus nos terrant, cum hęc omnia una gens sit.

Louis Corinthus.

O δῖος κορινθός, id est, Iouis filius Corinthus. In eos dici solitū, qui semper eadē aut dicūt, aut faciūt, Pindarus in Nemeis hymno 7. ταῦτα δὲ τῆς περὶ τῆς ἀμυπολείης ἀπορίας τελευτᾶ τέκνοισιν ἄπτε μαυβύλακας δῖος κορινθός. Negat se uelle iterum atq; iterū eadē iterare: perinde quasi pueri nugas narraret δῖος κορινθός. Nā μαυβύλακας eū significat, qui frustra nugas effluit. Interpres hoc loco fibulam adfert, ad prouerbia abest, meo quidē animo, nō multum pertinentem, tamen adscribā. Aletes, inquit, consulit Dodonem oraculum, quod tam Iouis erat, nūm Corinthiorū imperio potiri posset. R. exponam eū, si illum potiturum, cum qui spā illi glebam daret, aut ruder, idq; die multarum coronarum: nam id addit. Itaq; Corinthū profero panē ab rustico quo piam petijt, is glebā porrexit. Sen sit ille iam perfectum oraculum, animūq; ad capessendum imperiū adiecit. P. arentabatur eo die manibus, ramq; ob causam, cū plerq; ciuitas in monumentis abesset, accedēs, reperit Creontis filias, iam pacifcentes de imperio. Hęc natu mi nime persuadet, si uelit adiutare, se simul atque principatum esse consecutus illa ducturū uxorem: in illa imperij cupiditate prodit ciuitatē, ac portis apertis Aletē admittit. Is itaq; uictor, Iouis Corinthū eam appellat, quod ex Iouis oraculo cōtigit esset. Deinde subiecta aliā fabulam, cum aliorū interpretamento ferē cōuenientem. Ea est huiusmodi: Olim Megarenses Corinthijs erāt uictigales. Ceterū cū illorū imperiū insolentius grauatim ferret, ac defensionē pararent, missus est legatus Corinthiorū nomine, qui apud plebē Megarēsem cū alia multa atrociter dixit, illū uicū indignatū, ad uociferās intonauit: Οὐκ ἀνέστη δῖος κορινθός. id est, Nō feret Iouis filius Corinthus. Id ubi sepius iteraret, cōcitus populus, succellare cœpit, feri feri Iouis Corinthū, simulq; legatū expulerūt. Erat autē Corinthus hic Corinthiorū rex, Ioue prognatus: memetip̄ Pausanias in Corinthiacis negat se apud aetiores serios reperisse Corinthū Iouis fuisse: sed uulgus dicitur Corinthiorū ita predicare. V. sicut adagiū P. luterchus in cōmentario, que in scriptis aduersus Stoicos: Πολὺς οὖν δῖος κορινθός ἐστὶ τὸν λόγον αὐτῶν ἀεὶ λέγειν. πλὴν γὰρ ὑπὲρ τῆς ἰστορίας ἵνα μὴ σκώπῃ τὸ δῖος ἔκαστος. id est, Nilulū igitur Iouis Corinthus ad orationē illorum admittitur. Nam p̄ illū circūuolutionem, ne mordere uidearis, emitte.

Aristophanes in Ranis:

Ἔστι τί ἔρ τὸ πᾶργμα
 Ἀλλ' ὃ δῖος κορινθός ἐστι τοῖς σῶμασι. id est,
 Quid erat hęc res, nisi Iouis Corinthus in stragulis.

Verba sunt ministri Bacchi ταυτολογίαν νοήσας, q; dixerat: Ἄρως ἔμ αὐδῆς ἀργε πᾶσι τὰ σῶματα. id est,
 Hęc rursus iterum, tolle ministri stragula.

Idem in concionatiuibus:
 Ὅτι δῖος ἀνασκαπομένης ἐφαίνετο
 Ὁ δῖος κορινθός. id est,

Vbi demum considerantibus, Iouis apparuit Corinthus.
 Philostratus in Antipatro Sophista: Ἐδῶντων δὲ αὐτῶν
 τὸ σφηνεῖν ἐς τὸν γάμον, καὶ δῖος κορινθῶν ἰργυμέας

vov τὸν ἀντιπατριον. id est, Impellentibus autē illū cognatis ad nuptias, et Iouis Corinthū eximiatibus Antipatri. V. sicut hoc adagiū et Socrates apud Platonē in Eubhydemo: Ἀλλ' ἀπεχθῆς, τὸ λεγόμενον ὁ δῖος κορινθός γίγνεται. id est, Sed proloquid id quod dici solet, Iouis Corinthus fit. Cōuenit cū illū, qd' ab ubi uultimus, δῖος κερῆς, id est, Bis crambe. Neq; solūnti licet, cum eadē iterū atq; iterum dicantur: uerum etiam cum in eodem negotio nimū assidue persistitur. Veluti si quis cibum semper eundē apponatur: aut si quis semper studijs literarijs incumbat, aut assidue uenetur, ut hinc iam oboriatur ex assiduitate satietas, recte dicemus: ὁ δῖος κορινθός. Molestum est enim, quicquid perpetuū: uel Pindaro teste in Nemeis: Ἀλλὰ γὰρ ἀνάσκαπος ἐστὶ πᾶσι γλυκίαι ἔργα κόρος δὲ ἔχει Ὁ μέλι καὶ τὰ περὶ αὐτὸ ἀποροῖται. id est, Verū enim uero in terminis in omni negotio iocunda. Accipitur autē satietatē q; cantilene et amœni solaciū Venerei. In nonnullis ex prælatiōe pro μέλι, scriptū erat μέλι. Sic in E. pigramate: Πᾶν τὸ πᾶρσον ζωοποιεῖ, ἐπεὶ λόγος ὄσι παλαῖος Ὡς ἔ μέλιτος τὸ πᾶρσον ὄσι πολλί. id est, In suauē est, quicquid nimium est. Nam dicitur olim: Mel quoq; si immodice est copia, bilis erit.

Illud admodum nō inutile dixerim, prouerbiū bifariū eadē posse. Nā et hoc ostēdit interpres Pindari, uel cū eadē iteratū sepius, uel cū ij. q. initio magnifice loquūt, miniatōq; frociter: postea timide fugiūt, id qd' euenit legatis Corinthiorū, qui cū sepius illud intonissent in cōcione: Δικαίως εὐνοεῖ δῖος κορινθός, εἰ μὴ λάβοιτο δῖκος παρὲς ἡμῶν. id est, Merito suspiratū Iouis Corinthus, nisi pœnas sumpsisset de uobis: postea cū ad manus est uictū, ignauiter auigerūt. Nec illud pretereundū, adagionem accommodari posse, ut ad rē, ut ad personā. Ad rē hoc pacto: Iam milles audiui, non possum diuitius ferre, sed dios κορινθῶν. Ad personā: ut si quis hominē eadē semper inculcātē τὸν δῖος κορινθῶν appellet. Indicat et hoc interpres Pindari.

Testula transmutatio.

Ὁσράκος περιεσφάσι. id est, Testule cōuersio. De rebus repete in diuersum cōmutatis. Lucianus in Apologia: πρεῖ ἔ ἐπὶ μὲν ὁ σῶντων. Ἐπὶ τὰ πάντων ἐκλαδομένη ἡ ὀσράκος φασὶ μεταπεσόντος, ἐκῶρ ἑσόντων φέρων εἰς δὲ ἄλλαιμ, οὐτω πᾶρσαν ἢ περιεσφῶν εἴποιε. id est, Deinde oblitus uisq; testula, ut aiūt, trāsmutata, nos ipse semet in feruātē uisq; adeo manifestari et insigne cōciet. In euetū utrū sumpta sit metaphora a ludi genere quodā, quē ostracina Greci uocāt. Hūc inquit Plato in amatorijs, nempe in Phædro: Φυράξ δὲ, inquit, γίγνηται ἐκ τῆς τῶν ὀσπερῶν κῶς ὑπ' ἀνογῆς ὁ πρῶτος ἔρασις, δὲ σῶρος μεταπεσόντος ἰετὸς φυγῆς μετασφάσας, ὁ δὲ ἀνογῆς ἰετὸς ἰετὸς ἰετὸς ἀνογῆς ὀσπερῶν ὀσπερῶν. id est, Tādē profugus sit ab his: et aū necessario priuatus est is, qui prius erat amator, testula in diuersum uersa, si q; proripit immutatus. At ille cogitat insequi, in dignis, deosq; obtestās. An ab Ostracismo suffragiorū genere quodā, quod per calculos ac sabbas ferebatur: in hoc reperit, ut per alia, quæ uel opibus immo dicis, uel nobilitate, uel gloria, uel alia quæ uisus insigni uirtute multitudinis inuidiā in se prouocassent, in exiliū decemte relegarentur: Hoc pacto fuit eictus et Aristides: non illi ob causam, nisi quod molesto esset populo, nisi cognomē illi uisigo tributum. Ferebatur autem ostracismus ad hunc modū. Ostraci, id est, testule uirtim in conuijs dabatur. In eis, quæ quicq; uellet tōbe cedere, literis in scriptis indicabat: hos

deinde omnes in fori locum quendam cancellis circūseptum; deponit. Porro magis laborat, quibus hoc datū erat negotij, primum uniuersos recensent: qui nisi plures sex milibus fuissent, nihil cōfitebatur. Deinde sermo uniuersūmque calculus, is qui pluribus calculis dānatus erat decemū in extimium ire uidebatur. Ita tamē, ut illi liberum interim esset, fructus suos acciperet. Erat itaque ostracismus non improbitatis castigatio, sed uulgaribus animis in lite inuidia placatio. Antiquus est autem hic ostracismus, cetero per huc Hyperbolo quopiā homine cōtempto, atque humili. Huiusmodi firmē referuntur a Plutarcho, in uita Aristidis. Ab hoc igitur ostracismo quoniā magna uulgi licentia, ac temeritate peragebatur, ac tepēte prestantissimi cuiusque, cuius fortunā cōmutabat, non absque uideri potē ductū adagiū. De usu ostracolorū Iulius Pollux, in hūc serē modū tradit. Pueri ducti in medio lineæ, duas in partes sese distribuebant: quāru altera intra ostracū, altera extra dicebatur. Deinde mittit quopiā ad lineā testā, utrius partis superior extitisset aliquis, hūc isquebatur, qui illi adherēbat, reliquis in fugā cōuersis. Ceterū ē fugientibus, qui cōprehensus esset, is cōdēdit, asinus dicitur, testāque proiecta dicebat, nox dies. Nā interior teste pars pice subleuata erat, que noctū respondebat. Hoc autē ius gentium, appellabatur ὄστρακός περιεσόφά. id est, T estē conuersio.

Alterum pedem in cymba

Charontis habere.

Extremē, decrepiteque, senectē homines, etiā hoīe uulgo dicitur alterum pedē in sepulchro habere. Nec hinc abhorrent, que scribit Lucianus in Apologia: Προς αὐτῶ δὲ ἦν ἡ ὄψις αἰακῶ γενόμενον, ἢ μόνον ἐν τῷ ἔτερον πόδα ἐν τῷ πορθημῶ ἔχοντα. id est, Qui iam sit Aeaco ipsi uicinus, quique iam tantū non alterum pedem in cymba Charontis habeat. Idem in Scetis: καὶ τῷ ἔτερον πόδα φασὶν ἐν τῷ σαρῶ ἔχειν. id est, Et alterum pedem, ut aiunt, in tumulo habens. Haud scio an huc pertineat quod scribit in notis: ὅς γε δὴ ἐν τῷ τῷ ἔτερον πόδα ἔχει. id est, Qui quidem iam alterum pedem habeat in nauī. Plutarchus in cōmentariolo de puerorū institutione notat, senes uulgato conuicio uocari Sole, κρονολήσας καὶ σοροαίμονας. Quod iam etate desierent, et fossā confines essent, magisque, bustuarie larue, quam homines. Plautus Achronium senem dixit. Terentius, Silicernum. Et capularem dicit, nescio quis.

Cautam Arabiam serere.

τῶν κοιλῶν ἀροσίλων ἀσείρη. id est, Cautā Arabiam serere. Pro frustra sudare, aut in re perdifficili, nec admodū frugifera operam sumere. Lucianus in Apologia: ὡς ἂν κοιλῶν ἀροσίλων ἀσείρη ἐπαχέστη. id est, Vt cautā Arabiam serere aggrediator. Significat autem palustrem Arabiam partem, neutiquā idoneā sementi. Plutarchus περὶ εὐδαιμονολογίας, τῶν μὴ γινώσκοντων τὰς ἄσας εὐκαταφρόνων ἄγονον νῆμα τὸ ἀσείρη λέγουσιν. ἣν δὲ ἀδολοχῶν ὁ λόγος ἀπὸ τῶν καὶ ἀσείρη δὲ id est, Aiunt enim fletilem esse rationem humilitum Asiae regionum, at loquaculorum ipsa oratio inutilis est, atque infrugifera.

Lynece perspicaci.

Lynece perspicacitas in prouerbio abiit. Plinius naturalis historie libro secundo, capite decimo septimo: Non solum inquit, lunam, primamque, eadem die uel nocte, nullo alio in signo, quam in arietē conijci, id quod panice morsum cōtingit. Et inde fabula cernendi Lynece. Sunt qui tradant Lynece primum repperisse fodinas metallorum, aris, argē-

ti, auri. Et hinc uulgo natā fabulam, quod ea quoque uideret, que sub terra forēt. T estis Lycophronis interpres. Meminit huius et Plato in epistola quadā. Aristophanes in Pluto: Βλέπων ἔ ἀποδείξω τὰ ἐνδόν ὡς ἔοικε διὰ τὸ σέρον. id est, Faxo ut uideas uel Lynece ipso acutus.

